DISSERTATIO JURIDICA
DE
JURE SALVI CONDUCTUS,

Quam

SS. TRIADE CLEMENTER ANNUENTE,

Autoritate & consensu

MAGNIFICI ET NOBILISSIMI JCTORUM ORDINIS IN ILLUSTRI SALANA,

SUB PATROCINIO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ATQUE CONSULTISSIMI

DN. STATII HARBORDI von Windheim/

J. U. D. Celeberrimi, Curiæ Provincialis Saxonicæ utriusque Lineæ communis Advocati Ordinarii gravissimi, felicissimi,

Dn. Patroni ac Præceptoris sui omni observantiæ cultu devenerandi,

Publico placidoq; Eruditorum examini submittet

DETLEFIUS Kruse/ Stadensis,

AUTOR,

In Auditorio JCtorum

ad diem 12 Maji.



JENÆ, TYPIS JOHANNIS JACOBI BAUHOFERI,
ANNO clɔ Iɔc LXVI.

DEO, PATRIÆ,

&

FAUTORIBUS.

JESU MEDIANTE!

Antiloquium.

C*ùm studium Juris sit amplissimum, nunquam non eb oculos habere debemus monitum Gloriosissimi Imperatoris nostri Justiniani in §. 3.* proem. Inst. *& consilium JCtorum* in l. 25. de liberat. legat. l. 1. d. suspect. tut. *Ex omnibus nempe Juris partibus, ea, quæ in ipsis rerum obtinent argumentis, h. e. quæ quotidiana sunt, queq; in vita communi atque judicio forensi usum habent præcipuum, seligenda atque tractanda. His pensiculatis & Ego, Dissertationem quandam cathedræ ϑεμιστοφιλούντων aptam, placidæ Eruditorum censuræ submittere gestiens, pretium operæ me facturum non dubitavi, si ejus objectum JUS SALVI CONDUCTUS, Materiam tùm dignitate, tùm utilitate suâ satis nobilem, constituerem. Faxit Trinunus DEUS, ut FELICITER!*

CAPUT I.

DE

ETYMOLOGIA. HOMON. ET SYNON. SALVI CONDUCTUS.

INtelligentiam † verborum, esse principium eruditionis, Anti- 1
quitas, Sapientiæ Magistra, affabrè credidit. † Quod, cùm 2
in omni Disciplina, tùm maximè in Civili hac Sapientiâ, tàm
verum esse quàm verissimum, ait Joh. Jac. Wissenbachius.
JCtus Franeckeranus. *pr. Comment. ad tit. ff. de V. & R. S.* † Licèt 3
enim in Jure nostro potior rerum, quàm verborum sit cognitio,
*l. scire leges 17. ff. d. L. L. l. 13. §. 2. d. excusat. l. si quis ita. 3. §. 9. ff. d.
adim. vel transf. legat.* † Verborum tamen prior ratio est habenda, 4
*arg. l. juri t. in pr. ff. d. J. & J. l. 1. §. 1. ff. d. pact. l. 1. §. 1. ff. de susp.
tutor. l. 7. in fin. ff. de supel. legat.* † Cognito enim usu vocis, sæ- 5
pè in cognitionem ipsius rei inducimur, monente Aristotele *III.*

 Meta-

6 *Metaphys.* 2. *& II. Topic.* 6. Gellio *L.* 13. *N. A. c.*10. † Accedit,
quòd ſine nominis cognitione rem velle cognoſcere, ſit tempus
perdere, Magnif. Du. Tabor, *Jprud. Method.* P.3. *ſect.* 4. *th.* 2. *indu.*
7 † Hinc etiam non malè me facturum autumo, ſi antequam rem
ipſam aggrediar, de nomine SALVI CONDUCTUS nonnulla
8 præmittam. † Conſtat autem rubrica Diſſertationis noſtræ ex
9 duobus vocabulis. † Quid denotet vox: SALVUS, notum eſt.
10 † Hîc omnis curæ, ſolicitudinis aut periculi vacuitatem deſignat;
11 † Ita Terent. *in Andr. in fin.* ſum ſalvus, ſi hæc vera ſunt, i. e. in tu-
12 to ſum, extra periculum. † Hoc ferè modo expresſit Gajus *in l.* 5.
ff. Naut. caupon. ſtab. quando ait: *qui ſalvum fore recipit, non ſolum
à furto, ſed etiam à damno recedere videtur.* Add. Joh. Calvin. *Lexic.*
13 *Jurid. voc. Salvus.* † Vocem CONDUCTUS natales ſuos debere ſupino
14 verbi conducere, Grammaticorum Senatus uno ore docet. †
15 CONDUCERE a. ſumitur (1) pro eo, quod utile eſt, † (2) eſt, rei alie-
16 næ uſum vel fructus ad tempus recipere, † (3) alieni operis perfe-
ctionem certâ mercede redimere, *rubr. & t. t. Dig. & Cod. locat.*
17 *conduct.* † (4.) idem eſt, quod ſimul ducere. † Hinc in Receſſi-
18 bus Imperii conducere, eſt tranſitum illum ſecurum, quem Prin-
ceps Principi per ſuum territorium debet, præſtare, qui vulgò
19 das Geleit. Vid. A. B. tit. 1. † (5) Conductoris vocem, apud La-
tinos ſequioris ævi etiam pro hoſpite, ſicut conductum pro ho-
ſpitio accipi, ex Sidon. Apoll. & aliis notavit Dn. Joh. Henric.
20 Bœclerus *Differt quam inſcribit: Conductor Carolinus, pag.* 20. † Neu-
tra autem acceptio, accuratè loquendo, noſtro, quem tracta-
21 mus, Salvo Conductui, applicari poteſt. † Vocabulum enim
Salvi Conductûs, Legibus Civilibus incognitum, originem ſuam
Doctoribus ac Interpretibus Juris debet, qui hoc juris remedium
22 Salvi conductûs nomine appellârunt. † Minùs igitur latina fortè
quamvis hæc appellatio, rem tamen ipſam, quæ potiùs ſpectanda,
commodè & notanter exprimit; eò quòd literæ hæ S. Conductûs,
ſervent impetrantes, & ſalvos plerumque deducant atque redu-
23 cant. † Quâ de causâ & apud Gallos *ſauf conduict*, & vernaculâ
linguâ ſicher Geleit / partim eodem loquendi modo, partim eâ-
dem vocis emphaſi indigitatur.
24 Cum autem æquivocatio ſemper ſit errorum genitrix, ut
vulgò

vulgò dicitur, ideò antequàm ulteriùs progrediar, paucis AM-
BIGUITAS, compositæ vocis SALVI CONDUCTûs explicanda. 25
† Applicatur enim I. in latiori significatu, iis personis, quæ com-
muni Legum & Imperii securitate adhuc gaudent. † Imò SAL- 24
VI CONDUCTûs appellatio, ad nobilissimum illud securitatis ge-
nus, quod peregrinantibus salvum, per vias publicas, iter præ-
stat, dudùm *κατ' ἐξοχὴν* accommodata est. † Qui tamen S. Con- 27
ductus eò, quòd nonnunquam non tàm securitatis, quam hono-
ris ergò præstari consuevit, (uti in Magnatibus conducendis sæ-
pè usu venit) linguâ Germanicâ simpliciter das Geleit / Latinè
Conductus vel Ducatus; Gallicè Guidage & *Convoy*, vocari so-
let. Joh. Georg Becht. *tr. de securit. th.* 10 † II. Strictius denotat 28
auxilium juris, quò personis vel rebus quæ securitatem commu-
nem amiserunt, justis de causis subvenitur, & hoc modo Nos hîc
accipimus. † III. S. Conductus etiam nomine veniunt Rescri- 29
pta Moratoria, ab Imperatore & Principibus Imperii, debitori-
bus, novercante fortunâ depauperatis, concedi solita, Anstands-
briefe / Quinquennellen (à dilatione quinquennali debitoribus
concessa) Vid. Dn. Carpzov. *in Asylo debitor. cap* 4 *posit* 62. *n.* 60.
Magnif. Dn. Mævius *in Discussione levam. inop. debit. cap.* 4. *n.* 1. *&*
seqq. De quibus cap. 3. & 4.

Circa descriptionem nominis restat SYNONYMIA. † Va- 30
riis autem insignitur Salvus Conductus nominibus: † In Le- 31
gibus Civilibus vocatur Fides publica, securitas; *Edict. Justin.*
2. *pr & . Edict* 13. *c.* 10, Verbum datum *Nov.* 17. *c.* 6. *ibi-*
que Gothofred *in not. lit. K.* commeatus *l.* 3. *§.* 7. *l.* 14. *in pr. ff.*
de re milit. l. 1. *l.* 2. *C. d. commeat. Lib. XII.* † Jus Canonicum vo- 32
cat Literas de Conductu. *c. accedens* 4. *X. ut lit. non contest.* In Jure
Saxonico S. Conductus appellatur Pax. Landr. *L.* 2 *art.* 4. *&* 14. † 33
Doctores à Barbaris & Italis desumtis vocibus, S. Conductum di-
cunt Assecurantiam; Assecuramentum, Epistolam assecurationis,
salvam guardiam (quæ tamen quomodò à S. Conductu differat,
vid. Becht *d. tr. c.* 1. *n.* 11. Menoch. *consil.* 99. *n.* 10.) Fidentiam, Fi-
dantiam, Bellettinum, Moratoriam civilem ne quis capiatur. Vid.
Domin. Tuich. *Pract. Jur conclus. lit. Q. concl.* 22. Becht. *d. l. th.* 9.
Georg. Mund *vol.* 2. *consil.* 11 *n.* 8.

CAPUT II.

DE
DEFINITIONE & DIVISIONIBUS.

1 ABsolutâ † descriptione nominali, progredimur ad realem,
2 DEFINITIONEM sc. *S. Conductûs*. † Non convenit verò
3 inter Dd. quomodò rectè definiri possit. † Sequentem sco-
4 po nostro convenire putamus: † *Salvus conductus, est legitimum*
præsidium, personæ vel rei, securitate communi amissâ, datum atq; con-
cessum. Singula hujus definitionis membra, melioris intellectûs
ergò, dilucidiùs explanabimus.
5 † Generis loco ponitur PRAESIDIUM *arg. l. denunciamus 5. C. d.*
his qui ad Eccl. confug. sive munimen & auxilium. *arg. Nov. 80. c.*
6 *9. & Nov. 117. c. ult. §. 1.* † & quidem LEGITIMUM; (1.) quia lege
confirmatum. *l. desertorem 3. §. si ad 7. l. qui commeatus 14. in pr. ff.*
de re milit. l. 2. C de commeat L. XII. Nov. 17. c. 6. der Röm. Käy-
serl. Maj. und des H. Reichs Reuterbestallung zu Speyer. *de Anno*
1570. art. 60. 61. 104. Edict. Justin. 2. pr. & Edict. 13. c. 10. l. 6. ff. de
7 *pact.* † (2) quia S. Conductus contra jus dari non debet, uti con-
stitutum est in Nemesi Carolinâ *art. 76. & in Recessu Imperii de*
8 *Anno 1580* § Wir wollen 72. † Dicitur in Definitione, PERSONÆ VEL
9 REI. vid. cap. 4. † Additur: SECURITATE COMMUNI AMISSA:
10 Continent hæc verba differentiã, & removent (1) S. CONDUCTUM,
11 quem vocant Dd. UNIVERSALEM: † Agimus enim de S. Conductu,
concesso personis & rebus, quæ securitatem illam communem,
quæ aliàs omnibus hominibus Jure Naturæ, Gent. & Civili. tri-
buitur. vid. *l. Capitalium. 28. §. 7. ff. d. pæn. nn. C. d. sent. Præf. Prat.* R. I.
de Anno 1548. pr. de qua latè Becht. *d. tr. c. 2. per tot.* Dn. Bocler.
12 *in d. Conductore Carolino p. 7.* amiserunt. † Removent (2) S. CON-
DUCTUM PRIVILEGIATUM: hoc enim præsidiô & jure salvi con-
ductûs non opus habent illæ personæ, quæ securitate publicâ fru-
untur, quibus tamen propter dignitatem, potestatem & operas,
quas communi bono præstant, præter communem istam, speci-
ali & privilegiatâ quadam securitate Jura prospexerunt †. Spe-
cialis hujus securitatis s. privilegiati S. Conductûs passim mentio
13 fit in LL. civilibus, Aurea Bulla, Recesfibus Imperii. † Et cum
primis

primis hùc referri potest ille S. Conductus honorificus, qui Principibus Imperii præstatur, diciturque Das Fürsten Geleit. Ir-
Das entgegenreiten und empfahen Fürstlicher Persohnen: † nihilq; 14
aliud est, quàm jus, per suum cujusvis territorium præstandi transitum liberum, petenti, innoxio dato præsidio, vel diplomatibus. Nobiliss. Dn. Strauch. *Diss. Exoter. 11. th 4.* † Constitu- 15
itur hæc deductio à Dd. duplex: Libera, vel necessaria atque præcepta. *Id. d. l. Dn* Ahasver. Fritsch. *Tr. d. regal. usur. public. Jure c. 12. n.* 34. † NECESSARIA (privilegiatissimam hanc vocat se- 16
curitatem Petr. Ostermann. *in Epit. A. B. ad tit. 1.*) est, quam Electoribus Francofurtum ad Mœnum (*per A. B. c. 1. §. 18. 19. 20. & ult. & c. 2. §. 12.*) Electionis celebrandæ gratiâ proficiscentibus, omnes illi Principes, per quorum territoria iter faciunt, præstare tenentur, sub pœnâ amissionis omnium Regalium & feudorum imperialium, uti constitutum in A. B. *cap. 1. §. 1 & 2.* † Quo de 17
Electorum S. Conductu, & quid circa eum sit observandum, pluribus agunt. J Publici Commentatores, inprimis Dn. Bœcler. in d. *Differt. de Conductore Carolino per tot.* Generosus Dn à Seckendorf in Beschreibung des H. R. R. T. N. *P. 2. cap. 5.* Limnæus *ad A. B. d. c. 1. observ. 9. & seqq.* Joh. Theod. Sprenger. *Jprud. publ. tit. d Electione Imp. p. m. 125.* Fritsch. *d. tr. c. 12. n. ult.* † Hæc, 18
quam LIBERAM diximus, est, quando extra electionis respectum, Principes Imperii alienum Principis territorium cujuscunque negotii expediendi causâ, transeunt. Fundamentum hujus 19
consistit in eo, quòd, ut cuilibet proprietario competit jus prohibendi, ne alius re sua utatur, Magnif. Dn. Struve, Patronus atque Præceptor meus omni honoris cultu prosequendus *syntagm. J. Feud. c. 6. aph 7. n. 2. in fin.* Ita & hic Domino territorii, probabili tn.
de causa, competit jus transitu prohibendi. † Impetrandus igitur 20
transitus liber, cujus præstatio, est quasi remissio juris prohibendi. *Dn. Strauch. d. l. th.* 2. † Quæ antequam præstetur, Principibus 21
s. Dominis territorii, si quid metûs subsit, idoneè de indemnitate cavendum. † Hic verò metus, quia ferè nunquam abest à Po- 22
tentioribus, magno comitatu transeuntibus, per Germaniam ab ultima memoria, instar cautionis receptum, ut potentiores transitu prohibitos sese intelligant, nisi veniam transeundi à territorii Domino impetraverint. vid. latius hæc deducentem *D. Strauch,*

23 *d. Strauch, l. th.* 2. ubi & hanc quæstionem tractat: † *An etiam Imperator, Principis territorium transiens, Conductum postulare teneatur?* Quod Neg. per vulgatum illud: Kenserliche Ma-
jest. bringet das Geleit mit sich / quod quomodò intelligen-
24 dùm, vide Eund. *d. l.* † Huic privilegiato Conductui maximè
affinis est & ille S. Conductus, qui propter favorem commerci-
orum Mercatoribus, eorumque mercibus, ad nundinas solen-
nes v. gr. Francofurtenses, Lipsienses &c. proficiscentibus con-
cedi solet, vocaturque Das Geleit auff freyer Kayserl. Heer und
25 Reichs Straſſen. † Quamvis enim de J. Gent. commercia com-
muni securitate gaudeant, *arg. l. 2. §. 20. ff. d. exerc. act. l. 51 ff. ad L. Aquil. l. 5. verb. commercia ff. d. J. & J.* Dn. Fritsch. *tr. de Regal. nundin. Jur. c. 6 n. 14 & seqq.* ad majorem tamen eorum usum & pro-
pagationem præter alia Mercatoribus indulta privilegia, in Con-
stitutionib. Imperii confirmatú est hoc conducendi jus. Wehner.
26 *observ. Practic. voc.* Glaidt. † De quo notandum, quod illud supe-
rioritati territoriali regulariter cohæreat. R. A. de A. 1548. §.
Ferner zu noch mehrer 2. it. de. An. 1555. § nachdem aber ein jeder.
86. ita tamen ut sæpè in alieno territorio vi servitutis, (ùt loqun-
27 tur Dd.) Jurisdictionalis, acquiri possit, † Exempla vid. apud
Klock. *vol. 1. conf. 8. n. 178. Add.* Generosus Dn. à Seckendorf *in eleg. tr.* von Teutscher Fürsten Stat. *P. 3. cap. 3 regal. 3. n. 1. & seqq.*
ubi pluribus de hoc privilegiato Mercatorum S. Conductu agit,
jung. & Magnif. Dn. Struve. *d. l. cap. 6. aph. 25.*
28 † Quærunt hic Dd. *an Concedentes S. Conductum teneantur*
29 *damnum à prædonibus datum, resarcire?* † Affirmativam qui defen-
dunt, his potissimum nituntur fundamentis. (1) Dominis terri-
toriorum incumbere, malis hominibus purgare territoria, quod
30 dum non faciunt, versari eos in quasi delicto. † (2) quòd recipi-
endo vectigalia, securitatem quasi tacitè repromittant, idque eò
31 magis † (3) propter pœnam commissi, quâ omnes merces, ob
fraudem etiam minimam, circa vectigal factam, transeuntibus au-
feruntur, quæ pœna non correspónderet delicto, nisi Domini
32 hoc incommodo restitutionis afficerentur. † Addunt (4) *ex ex Rec. Imp. 1555. §.* nachdem & *R. J. 1559. §.* damit dan die Obrigkeit 34. &

de

priâ culpâ communi Legum securitate se qs. indignos effecerunt, in cassum legum auxilia quærere: Resp. † multas causas (*de quibus* 6
cap. 6.) Judicem movere posse, ut non tantùm personis, sed & rebus amissam, saltem ad tempus, restituat securitatem. † Sunt au- 7
tem personæ petentes & recipientes S. Conductum, vel subditi vel extranei: utriq; aut tempore *pacis*, ùt delinquentes, Debitores, peregrini; aut *belli*, ùt milites, hostes. De singulis sigillatim. † 8
Opus igitur habent S. Conductu etiam pacis tempore. *I.* DELINQUENTES, si ad deductionem innocentiæ eundem petant, licèt de delictis atrocioribus inculpentur. Dn. Carpzov. *Pr. Crim. P. 3. q. 112. n. 34.* † Probè tamen circa S. Conductum delinquentibus 9
concedendum, considerandum; I. An delinquens sit absens & latitans, an verò præsens & incarceratus. † Priori casu, si Magistra- 10
tus omnibus modis laboraverit, ac officiales, cum literis patentibus requisitoriis seu incarcerationis mit offenen Steckbrieffen / pro Reo capiendo ablegaverit, nec reum in potestatem redigere potuerit, S. Conductus, Reo in fuga existenti, si hunc petat, & defensionem aut innocentiam probare velit, denegari nequit, ut i dispositum est in Nemesi Carolina *art. 156. in fin.* Add. Magnif. Dn. Richter. *Regul. Jur. R. 4. n. 25. & seqq.* ubi sententiam hanc præjudicio confirmat. † Præstat quippe iis, quorum aliàs propter ab- 11
sentiam seu fugam copia non erat, facultatem securè veniendi atque se defendendi concedere, quàm illâ negatâ, crimen inultum relinquere, aut vindictam difficiliorem reddere: † Atq; ita in 12
Praxi observari, statuunt Magnif. Dn. Mev. *Decision S. T. R.* Wism. *P. 1. dec. 3. n. 3. & seqq.* Dn. Carpzov. *d. l. n. 32. & seqq.* Dn. Brunnem. *Proc. Inquisit. c. 8. M. 6. n. 6.* † E contrario S. Conductus si 13
negaretur, criminis pœna impediretur vel Reo defensio auferretur, quæ tamen diffamato de aliquo crimine, pro facienda suâ exculpatione denegari non debet. Vid. Carpz. *part. 3 pr. Crim q. 115. n. 2. & 3.* † Præsertim cùm oblatio se coràm sistendi, bo- 14
nam pro Reo inducat innocentiæ præsumtionem: † indicat enim 15
conscientiam integram, & causæ bonæ fiduciam. † Suspendi igi- 16
tur debet condemnatio, donec defensio Rei discutiatur, & ad hanc melius peragendam, S. Conductus omninò concedendus. Dn. Mev. *d. l. n. 6. in not.* † Non est igitur, quòd quis opponat, 17

C contra

contra absentes & fugitivos superesse alia remedia, proscriptionem, bannum, annotationem bonorum &c. Reus enim nocens, quò vitam redimat, non multùm timet proscriptionem,
18 † & tum eò confugere possumus, quandò Reus impetratâ securitate aufugit, ut sic per concessionem S. Conductûs nil quicquam Magistratui præjudicetur Dn. Mev. *d. l. n. 8. in not.* Carpzov. *d.*
19 *qu. 112. n. 35.* † Posteriori v. casu, quandò Reus præsens, aut facilè capi potest, regulariter S. Conductus concedi non debet. *l. 3. ff. d. custod. reor.* Magnif. D. Struv. *Syntagm J prud. Exerc. 47. th. 39.* †
20 tunc enim Rei extrahendi & puniendi sunt per *Nov. 17. c. 7.* & fatuus esset Judex, qui concederet accusato securitatem, ut spontè veniret, si per vim illum capere possit. Prosper Farinac. *in Pr. Crim. L. 1. tit. 4. q. 29. n. 94.* † Multòminus v. S. Conductus con-
21 cedendus, si vinculis & carcere jam inclusus detineatur, neque enim tunc incarceratus relaxari debet. Carpzov. *d. l. n. 42.* & suprà allegg. Authores. † Diximus autem regulariter, quia limi-
22 tationem recipit (1) In delictis levioribus, pro quibus non pœna corporis inflictiva aut capitalis: sed vel pecuniaria, vel carceris vel relegationis imponi solet. *l. 3. ff. d. custod. reor.* vid. Magnif. D. Struv. *d. l. th. 39. circ. fin.* D. Brunnem. *d. l. n. 17.* Atque ita in
23 Practica observari, dicit Dn. Carpzov. *d. l. n. 46.* (2) In casu infirmitatis, si Reus gravi morbo decumbat, aut Rea incarcerata sit prægnans, partui vicina, & ratio sanitatis in carcere haberi
24 non possit * Non enim æquum videtur ut carcerati in carceri-
25 bus moriantur. D. Brunnem. *d. l.* * Tutiùs tamen videtur hoc casu Reum in camera vel hypocausto Custodibus tradere; atque hæc pro arbitrio suo, præsertim in delictis atrocioribus, & quando delinquens vilis persona & de fuga suspectus, aut cautionem præstare nequit, Magistratum facere posse, tradit D. Carpzov. *d. l. num. 52.* cùm is circa custodiam & modum de-
26 tentionis reorum magnum habeat arbitrium. * (3) si Iudex ex actis inquisitionalibus informatus, certò credit, Reum non esse in culpa ratione delicti, cujus insimulatur, tunc enim, si ipsi ita videbitur, Reum sub fide jussoribus relaxare poterit. *l. 1 ff. de custod.*
27 *reor. l. 2. C. d. exhib. reis.* * Ita responderunt ICti Jenenses M. Dec. 1641. ad requisitionem Landrichters zu Lobdiſtein. Carpzov. *d. l. n. 50.*

Et

& Dn. Brunnem. *d. l.* * ubi tamen *n.* 18. optimè monet, quòd 28
Judex sine consilio sapientum, Reum sub fide jussoribus non de-
beat relaxare, quòd etiam tutissimè agat, si peritiores super hoc
puncto consulat.
De BANNITIS (1) inter Dd. controvertitur. An etiam his S. 29
Conductum concedere liceat? Et quamvis id negandum videa-
tur eò, quòd bannitum communi securitate exclusum impune
occidere liceat. *Ordin. Camer. P. 2. tit. 9.* Vid. Magnif. Dn. Struv. *Tr.
de vindict. privat. c. 3. aph. 7. n. 3* & à nullo recipi, tolerari & adjuvari
possit, Landfried. zu Worms An. *1495. tit.* Friedebrecher und solche
thäter &c. Erklärung Landfr. zu Augsburg 1500, tit. Die Friedbrecher
sollen kein Geleit haben *d. Ord. Camer. P. 2. tit. 13.* quodq; nulla cum eo
videatur posse contrahi obligatio. * Nihilominus tamen si in- 40
nocentiam deducere vel probationes exhibere velit, quibus aut
excusetur ab intentato crimine, aut purgetur, omninò admitten-
dus, nec ei S. Conductus denegandus erit, * aliàs enim in effe- 41
ctu subtraheretur defensionis facultas, quæ tamen nec ipsi Dia-
bolo, si in judicio versaretur, deneganda *arg. clem. pastoralis. d.
sent. & re judic.* VVesenbec. *Consil. 43. Fachin, lib. 9. cent. 59. & 62.*
Mundius *vol. 2. consil. 6. n. 29.*
† DE DELICTO NOTORIO Q. (2) An S. Conductus in eo 42
concedi queat? † Et sanè in manifesto & notorio maleficio 43
S. Conductum non esse concedendum tradunt Dn. Carpzov. *d. l.
n. 30* Coler. *de Proc. execut. p. 4. c. 1. n. 186.* Speckhan. *Cent. 1. q.
1. n.* 8. quòd tendat ejusmodi concessio ad perniciem Reip. &
contra expressa Legum scita Carpz. *d. l.* † Pròbè tamen hic ca- 44
vendum, ne notoria dicamus, quæ non sunt, ùt rectè Alex. 3. Ar-
chid. Toletano *in c. consului 14. X. d. appellat.* rescripsit. † Vix 45
enim quicquam ita notorium est, quin adversus id aliquæ com-
petant defensiones, & subsint circumstantiæ occultæ excusantes.
† Unde non sufficit factum esse notorium, nisi etiam qualitates 46
facti sint notoriæ, & liquidò constet, nullam delinquenti compe-
tere defensionem † Quâ ratione moti Dd. superiùs dicta decla- 47
rant, & etiam in delictis notoriis S. Conductum concedunt, mo-
dò una vel altera qualitas non sit notoria. † Quæ sententia 48
vel exinde defendi potest, quòd Reus S. Conductum petens, sem-

per neget aut ipsum delictum, aut saltem ejus qualitates. Judicis igitur est, eò tendere, ut veritatem inveniat. *c. judic. autem* 30. *q.* 5. veritas autem faciliùs invenitur præsente Reo *l.* 10. §. 5. *ff. d. quæ-*
49 *stion.** Vel hoc igitur respectu S. Cond. non denegandus, sed potius Judex ad instantiam Rei arbitrari debet, utrum causa à citato allegata, sufficiens ad concedendum S. Conductum nec ne.
50 Carpzov. *d. l. n.* 31. * Confesso etiam, modò exceptionem probabilem alleget, S. Conductus non erit denegandus: qui enim annexâ exceptione confitetur, pleno jure pro convicto haberi non potest. *Id. d. l. n.* 40.

51 II. Debitores * qui propter debita incarcerari possunt, S.
52 C. ut impetrent, necesse habent. * Non obstat vulgatum illud, quòd regulariter in causa pecuniaria seu pro debito Civili Debitor capi vel incarcerari non debeat *per tx. l. nemo carcerem* 2. *C. d. Exact. tribut. X.* cùm carcer pœnalium & hominum noxiorum
53 fit. *d. l.* 2. *& l.* 1. *C. de custod. reor.* * Multis enim modis illud fallit. Non dicam jam de rigoroso Jure veteri, Legum sc. XII. Tabb. quô omnes promiscuè Debitores, qui non solvendo erant, in vincula
54 conjiciebantur & Creditoribus addicebantur. * Hoc enim jure non tantùm verberare, servituti mancipare; sed etiam in partes secare, & ita ultimô suppliciô in Debitores animadvertere licuit. vid. Gell. *N. A. L.* 20 *c.* 1. *circ. fin.* Iacob. Cujac. *ad Nov.* 135.
55 * Cujus rigorosi juris vestigia etiam in S. Codice repetire licet. ùt 2. *Reg.* 4. *v.* 1. ubi viduæ debitricis, ne filii à Creditore abri-
56 piantur, & in servitutem redigantur, querela continetur. * Quamvis verò posteà tempore Impp. mitiùs cum Debitoribus agi cœptum, & ex benignitate, contra rigorem juris, beneficium cessionis bonorum. Competentiæ, aliaque juris remedia, quibus inopes, carceris molestias, aliasque Creditorum vexationes evadere, possint, concessa. *l.* 1. *l.* 4. *C. qui bon. ced. poss. l. un. C. d. rei ux. act.*
56 * Nihilominus tamen non usque quaque de extincto penitùs
58 rigore gratulari sibi queunt debitores morosi * Ita adhuc hodiè (1) Debitor de fuga suspectus, Judicis imprimis petitâ veniâ, vel si ejus præsentia statim & sine periculo fugæ haberi non possit, etiam propriâ authoritate per Creditorem, vel alium ejus nomine, capi poterit, *per l.* 10. §. 16. *ff. quæ in fraud. credit.* ibique Gothofr.

thofr. Magnif. Dn. Struv. *tr. d. vind. privat. c. 6. aph. 9. Gail. 1. ob-
serv. 26. n. 1. & 2. obs. 44. n. 1.* * (2) Qui Fisco debent, quamvis 59
propriâ authoritate capi nequeant, si tamen sint morosi, sub cu-
stodiâ liberâ haberi & detineri possunt *d. l. 2. C. d. exact. trib.* ibi-
que Dn. Brunnem. *l. 9. §. fin. ff. ad L. Jul. pecul. Gail. d. l.* * (3) 60
Qui non solvendo sunt arg. Nov. 135. donec bonis cedant, de-
tineri possunt. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* * Sed hoc tùm demum, cum 61
debitor in ipso obligationis instrumento corporis nexum inje-
rit, locum habere statuit cum allegg. Simon à Gronewegen *tr.
de Legibus abrogatis adsit. C. d. O. & A. l. 12. n. 1.* Add. Dn. Carpz.
P. 2. const. 22. def. 7. * (4) Moribus & Statutis multorum 62
locorum reditum quodammodò est ad Jus vetus, ita ut contra Ob-
æratos debitores paratum remedium habeatur Carcer publicus,
quem linguâ vernaculâ Schuld-Thurm oder Bürgerlich-Gefäng-
nüs appellitant. Dn. Struv. *Exerc. XLIV. th. 30.* Besold. *Thes. Pr.
verb.* Schuldthurm / *n.* 55. in quem custodiæ ergò, intrúdi solent
Debitores donec solvant. * Inibi, quibusdam in locis à Credi- 63
toribus vel Magistratu aluntur; alibi ex eleemosynis transeun-
tium, quos miserrimo ululatu implorant, vivunt. * Et hanc con- 64
suetudinem in Gallia, Hispania, Anglia, Belgio, superiori item
Germania vigere, testatur Dn. Hahn. *in Observat. Theoretico pra-
ctic. ad VVesenbec. Paratit. tit. d. ceß. bonor. n. 6. verb. infamia saltem
facti, in fin.* * Quomodò autem in Electoratu Saxoniæ cum Debi- 65
toribus obæratis procedatur, tradunt Schneidewin. *ad §. fin. J. d.
action. n. ult.* Dn. Carpzov. *d. l.* Dn. Struv. *d. l.* * Ex his haud du- 66
biè liquet, hodienum etiam pro debito civili quem incarcerari
posse. * Illi igitur, Debitores, quibus Lex vel Statuta carceris 67
pœnam imponunt, S. Conductu indigent. * In quibus autem 68
debitis concedi possit cap. seq. examinabimus. Quæri hîc so-
let: * An *Litera S. Conductûs Debitori concessa, prosint etiam ejus fide-* 69
jussoribus? Sanè variæ & contrariæ hic JCtorum reperiuntur 70
opiniones, adeò ut satius foret intricatam hanc quæstionem si-
lentio sepelire, quàm pauca de ea dicere. * Ne tamen eam planè 71
intactam relinquam, Affirmativam exercitii gratiâ defendere co-
nabor. * Prius tamen præsupponenda cum Dn. Mævio *in defens. 72
levam. inop. debit. c. 7. n. 216.* distinctio inter beneficia, quæ rei &

73 quæ personæ Debitorum cohærent ;* illis enim fidejussores non
minus quàm ipsos debitores principales juvari ICti statuunt. *per l.*
74 *15. l. 32. ff. d. fidejussor. l. 7. §. 1. l. 19. ff. d. except.* * Huc pertinet,
quod in Legibus dicitur; fidejussor non ampliùs tenetur quàm
ipse debitor principalis, nec in duriorem causam accipi potest
l. 8. §. 7. ff. d. fidej. hinc exceptio pacti de non petendo prodest
75 etiam fidejussori. *§. ult. J. d. replicat.* * Beneficia. autem merè per-
sonalia s. personæ Debitoris cohærentia, fidejussoribus perinde
non proficere, nec eo porrigenda esse, Juri atque rationi con-
76 venit. *d. l. 7. in pr. ff. d. except.* * Ideo siquæ Debitoribus saltem
concessa sint, aut competere reperiantur, à fidejussoribus usur-
78 pari non posse, juris est certissimi.* His præmissis ad proposi-
78 tam quæstionem regredior.* Fidejussoribus igitur S. Condu-
ctum prodesse negant Menoch. *de A. J. Q. L. 1 cent. 4. cas. 337. n. 27.*
Osswald. Hilliger. *ad Donell. l. 22. c. 9. lit. Bb. & Dd. ibi allegat.* Theod.
Sprenger. *in Jpsud. publ. tit. de Moratoriis obs. 2. p. m. 77.* Coler. *proc.
execut. P. 1. c. 4. num. 17. 18.* Brun. *tr. de cession. bonor. pr. quæst. 8.*
Besold. *Th. pract. voc.* Quinquennell Farinac. *de Carcer. l. 1. tit. 4. q.*
79 *29. n. 25.* * Nituntur autem his potissimum rationibus: (1) quod
hic S. Conductus sit beneficium merè personale, & perso-
nam Debitoris respiciat, cui miserationis causâ indulgetur. Bene-
ficium autem personæ cohærens. ad fideijussores non transeat. *l. 7.*
80 *ff. d. except.* *(2) Argumentum desumunt *ex §. 4. vers. Sanè J. de replic.*
ubi dicitur quod exceptio cessionis bonor. fidejussoribus non
detur, quia personæ saltem Debitoris cohæret: S. Conductum
autem perinde ac cessionem bonorum, ossibus Debitoris adhære-
81 re. * Verùm enim verò contraria sententia verior, & æquita-
ti magis consentanea videtur; (1.) quòd debitor principalis prius
conveniri debeat, fidejussor verò non nisi eò excusso per *Nov. 4.*
82 *c. 1.* * Si autem debitor principalis propter concessum S. Condu-
83 ctum molestari nequit, consequens est quòd nec accessorius: *
Pœnam igitur plus petentium vix effugient Creditores, cum De-
bitoribus judicio acturi. Dn. Carpzov. *asyl. debit. c. 4. pos. 61. n. 44.*
84 *& seqq.* *(2) Hoc beneficium non est merè personale, sicut est
bonorum cessionis ac competentiæ: sed respicit ipsam exactio-
nem crediti, & habet se instar pacti temporalis, ex quo nata ex-

ceptio

ceptio proculdubio fidejussoribus prodest. §. alt. J. d. replicat. l.
21. in fin. ff. de pact. H. Hermes Fascic. J. publ. c. 11. q. 7. n. 113. *
(3) Alias nullum haberet S. C. effectum (contra l. 6. C. d. LL.)
nisi etiam fidejussoribus prodesset. * Cùm enim S. C. id operetur, 86
ut dies solutioni præfinitus censeatur prorogatus, & non nisi ex-
pirante S. Conductu cedat, eveniret, ùt si fidejussores à Credi-
toribus cum effectu conveniri possent, hi regressum haberent con-
tra Debitorem principalem: non aliter enim ad solvendum se
obligavere, nisi principalis excussus & solvendo amplius non sit.
Auth. præsente. C. d. fidei, & ita concessio S. C. omni effectu destitu-
eretur, & debitor principalis per latus alterius pungeretur, & per
indirectū conveniretur, qui directè conveniri non poterat. * Ac- 87
cedit (4) quòd fidejussor non intelligatur aliter se obligasse ad so-
lutionem, nisi quatenus principalis excussus & non solvendo re-
pertus fuerit. * Iniqua igitur inferretur fidejussoribus condi- 88
tio, si ipsis beneficium Ordinis seu excussionis, jure competens,
adimeretur. Beneficium enim omne ita interpretandum ne præ- 89
judicet tertio. l. 28. in fin. d. testam. milit. Hermes d. l. in fin. * At- 90
que hanc sententiam etiam post Bald. Bartol. Cyn. amplectuntur
Magnif. Dn. Struve in prolectſion publ ad Cod. tit. d precib. imp. offer.
q. 1. Perez. in C. ad d. t. n. 8. Dn. Carpzov. asyl. debit. d. l. n. 43. &
seqq. Treutler. vol. 2. D. 24. th. 4. lit. E. ibiq; Bachov. Casp. Man-
zius in Patrocin. debit. Dec. 4. q. 9. n. 127. * Quæ tamen sub hac 91
limitatione intelligenda, nisi Fidejussor expressè beneficio ordi-
nis renunciaverit Nov. 136. c. 1. (hoc enim facere posse patet l. pen. C. 92
d. pact. l. 51. C. d. Episcop. & Cler.) * Sublimitatur tamen nisi men-
tio etiam fidejussorum in concessione S. Conductûs sit facta. Ant:
Faber., in Cod. L. 1. tit. 3. def. 19. * Quod nonnulli extendunt 93
ad casum, quando in precibus impetrantis, mora pro fidejussori-
bus petita, licèt in rescripto fidejussorum expressè non sit facta
mentio. Menoch. A. J. Q. L. 2. c. 3. cas. 203. n. 26.

De Hæredibus quoque controvertitur: An & illis Sal. Con- 94
ductus proficiat? Et quamvis plurimi dissentiant, cum Dn. Me-
vio Discurs: lev. inop. debit. c. 7. n. 134. Negativam defendere lubet.
* Nam (1) S. Conductus istis Debitoribus concedi solet, quos belli 95
vel aliorum casuum calamitas afflixit, ne dematur ipsis occasio &
mate-

materia ad opimiorem fortunam emergendi, sibique simul ac credi-
96 toribus, acquirendo, plenius solvendi. * Hæc autem ratio & fi-
nis cessat in heredibus, dum illô, cujus hæredes sunt, sæpè ditiores
97 existunt. * (2) Quandò Creditores cum Debitoris heredibus con-
98 currunt, illi de damno, hi de lucro captando certant. * Cùm igi-
tur in Jure magis illi faveatur, qui de damno vitando, quàm lucro
captando sollicitus, *arg. rubr. & t. C. pæn. fisc. Credit. præfer.* non potest
haberi ratio heredum, quorum titulus & causa lucrativa censetur.
Schneidewin. *§. item si quis in fraud. n. 31. J. de action.* Sed meritò
99 à beneficio S. Conductus excluduntur. * Quæ sententia etiam arridet
Hermanno Hermes *Fascic. J. publ. d. c. 11. q. 9. n. 115.* ubi monet,
quòd tutiùs agant Debitores, si literis S. Conductûs nomen here-
dum inseri petant, quò omnis præcidatur occasio de intellectu ha-
100 rum literarum disputantibus. * Add. Limnæus *Lib. 4. J. publ. c. 8 n.
336. & seqq.* ubi inter alia addit, nec competere heredibus eô casu,
si quis Rescriptum impetrasset, das Er und seine Güter binnen ge-
wisser Zeit nicht sollen belästiget werden.

101 Dictum * est, quòd illis Debitoribus qui sine sua culpa facul-
tatibus lapsi sunt, & ingenuè cum Creditoribus agunt, S. Con-
ductus soleat concedi, hinc è contrario prono quasi alveo fluit, S.
Conductum denegandum esse Decoctoribus malitiosis. Die mit ü-
briger Pracht / unordentlichen Leben das ihrige verthan / durchge-
bracht / durchgangen / und andere auffgesetzet. *Ordin. Polit. de A. 1548.
& 1577. tit.* von verderbenen Kauffleuten *vers. ult.* vulgò Bancoru-
ptores, Banckorottirer / Falliten / dicti. Besold. & Speidel. *illis
vocibus*, (quos JCtus Julianus *l. 1. de his qui not. infam.* infames vocat.
& d. Ordin. Pol. de A. 1577. tit. 23. §. Als vielmahls furibus assi-
mulat) qui foro cedunt, ac multorum pecuniis interceptis, contra
fidem, quam dederunt, solum vertentes aliò confugiunt, *arg. l. fin.
ff. quæ in fraud. credit. d. Ordin. Pol.* Magnif. Dn. Struv. *Exerc. 44. th.
26. in fin.* Dn. Hahn. *ad Wesenbec. tit. d. cession. bonor. n. 3. verb. ab omni
debitore.* Dn. Strauch. *Dissert. Justin. 23. th. 13.* Matth. Stephan. *ad
102 Nov. 135, n. 7. & fin.* Hermes *d. l. n. 106.* * Ratio autem cur hoc be-
neficio indigni habeantur, in propatulo est. Est enim ab omni ju-
re & ratione alienum, iis, nisi urgentissima id suadeat causa, be-
neficia tribuere, quorum maleficia arguuntur. Deceptis enim non

deci-

de J. Saxon. *L.* 2. Landr. *art.* 27. quæ omnia latiùs deducit Klock.
disc. de Jur. vectigal. th 77. † & pro hac sententia plures adducit Dd. 33
Joh Jacob. Speidel. *Specul. Jurid. Pol Histor. voc.* Glaid ubi & li-
mitationes addit, Wurmser. *Exerc. Academ. ex J. Publ* 6. *q.* 21.
† Nobilissimus Dn. Strauch. *d Exerc. th* 2 *&* post eum Dn. Fritsch. 34
alleg. c. 12. *d. reg. viar. publ. jur. n.* 20. *& seqq & n.* 31. distinguere vi-
dentur inter S. conductum Mercatoribus, & aliis privatis conces-
sum, & inter Conductum Principum: hàc ratione, quòd transdu-
ctio illa, quâ Princeps Principem per territorium suum trans-
mittit, ad nihil aliud Principem transducentem, quàm ad liber-
tatem transitûs præstandam òbliget: comitatus autem adhibitus,
tantùm sit signum permissionis; de quo fortè in ipso discursu
plura. † Illa etiam Quæstio ab hac tractatione non videtur ali- 35
ena; si v. gr. *Princeps jus conducendi* Das Glaid/ *Civitas verò* vel a-
lius Status, *habeat* circum circa omnimodam *Jurisdictionem, cui*
competat cognitio & coercitio criminis admissi in via publica? † Con 36
suetudine deficiente, non improbanda distinctio tradita à Ru-
melino, Bidembach. Speidel. e. l. an maleficium commissum in 37
ipso actu des Geleits/ an minus. † Non tamen cum hac confun-
dendam existimamus eam quæstionem: An si v. gr. Princeps con-
cedat castrum cum suo territorio, & omnimoda *Jurisdictione*,
vel si Civitati omnimoda jurisdictio concedatur in certo distri-
ctu territorii, hoc ipsô concessâ censeatur jurisdictio in via pu-
blicâ? † Quam, licèt in utrâque ejus parte jurisdictio compe- 38
tat, non attentâ superiori distinctione, negamus cum Magn. Dn.
Struv. *d. c.* 6. *Aph.* 25. *in fin. Dn.* Carpzov. *Prax. crim. P.* 3. *q.* 110. *n.*
41. Dn. Brunnemann. *Process. Inquisit. cap.* 3. *n.* 20. Sed ex diverti-
culo revertimur in viam. † Fluit ex hôc modo explicatis Defi- 39
nitionis verbis, excludi etiam à nostra Dissertatione S. Condu-
ctum Legatorum. † Hi enim securitate communi non tantùm 40
gaudent; sed ipso J. Gent. sunt inviolabiles. *c. jus gentiũ* 9. *dist* 1. ab
injuriâ hominũ defensi atq; muniti *l.* 8 *pr. &* §. 1. *ff. de R. D l ult. ff. d. le-*
gation. † Neq; asserto nostro refragatur, quod Legatis, ab iis qui eos 41
mittendi jus habent, soleant dari literæ (Credentiæ, aut Creden-
tiales vocantur, Germ. ein Credit(v) † Hæ enim non S. Conductûs, 42

sed probationis ergô, dantur, & illis Legatorum fides, & dictorũ
factorumve authoritas asseritur. Vid. Magnif. Dn. Struve *in Præ-*
43 *lection. publ. ad Cod. tit. d. mandat. princip. quæst. un.* † Plura de Le-
gatorum juribus ac privilegiis vid. apud H. Grot. *de J. B. & P. lib.*
2. c. 18. §. 1. 2. *& seqq.* Dn. Strauch. *Exerc. Exoter. 6. th. 7. & seqq.*
Dn. Conring. *Dissert. d. Legat.* Latiùs enim jam illa excutere non
est nostri instituti.

44 Expositâ descriptione S. Conductûs, ejusq; ab aliis privile-
giati S. Conductus speciebus, differentiâ, DIVISIONES considera-
45 bimus. † Variè autem â Dd. distinguitur, & quidem (1) in UNI-
46 VERSALEM & PARTICULAREM, † ille natales suos debet Juri na-
turali & Gent. & generatim consistit in immunitate â personali
offensione, injuriis rerumque damnis, & omninò in aurea pace
publicâ. Vid. *tx. elegans in Rec. Imp. de An. 1566. §.* Wie wohl. Gail.
47 *1. obs. 3. & libb. duob. d. Pac. publ.* † Verùm, cùm hæc divisio secu-
ritatem in suâ latitudine consideratam respiciat, fortè minus
48 congruè nostræ definitioni subjicitur. † Particularis, dispescitur
(2) in LEGALEM, qui immediatè â LL. dependet, & eum, qui fit
interveniente superioris facto, vel partiũ conventione, ad quem
referendus S. Conductus â Creditoribus, Debitoribus, ratione
49 solutionis debiti concessus. † Possunt huc etiam referri illæ
Germanis usitatæ securitatis species, quarum mentionem facit
50 Magnif. Dn. Struv. *tr. d. Vindict. privat cap. 2. aph. 2. n. 2.* † Sed
Legalem jam suprà â nostra removimus tractatione; de Con-
ventionali verò inferiùs plura commemorandi locus erit. †
51 (3) Ratione temporis Dd. non nulli S. Conductum divídunt in
52 TEMPORALEM & PERPETUUM: † Cæterùm hæc divisio Legibus est
incognita, meritò igitur illam respuimus, & omnem S. Condu-
ctum, qui hoc loco accipitur, temporalẽ esse asserimus vid. cap.
53 5. n. 64. (4) † Dividitur S. Conductus in TACITUM & EXPRESSUM:
54 † Ille est, cùm alicui ipsô factô, absque ulla promissione, securitas
promittitur, veluti si quis â civitate proscriptus, posteà in ea
55 civitate â Magistratu sive Judice, sciente volente toleratur. † Ipsa
56 hæc tolerantia S. Conductum tacitum innuit: † Hic, cùm expres-
sis verbis concedens voluntatem suam declarat; id quod fit regu-
57 lariter nudâ promissione. † (5) Distinguitur in INDETERMINA-

TUM

rum & DETERMINATUM: cum enim unò eodemq; temporis spa-
tio includi omnis S. Conductus nequeat, Concedens pro quali-
tate & gravitate rei, & personarum conditione, illum aliquandò 18
indefinitè indulget ac præscribit, aliquandò ad certum tempus
v. gr. tres menses &c. restringit. Dn. Brunnemann. *d. Proc. Inqui-
sit. c. 8. m. 6. §. 19. n. 3.* Dn. Carpzov. *Pr. Crim. q. 112. n. 59. & seqq.*
(6) Dividitur in GENERALEM & SPECIALEM; † Hæc divisio cum-
primis S. Conductui, qui delinquentibus indulgeri solet, applica- 19
ri potest. † Sed de hisce tribus posterioribus Divisionibus, seqq.
Capitibus, ubi de Forma & effectu S. Conductûs agemus, plura
dicenda erunt. Vid. laudatus Dn. Brunnemann. *d. l. n. 15.* Dn.
Carpzov. *d. l. n. 20. & seqq. & Dd.* magno numero ab eo allegati.

CAPUT III.

DE

CAUSA EFFICIENTE.

PRæmissis, tùm Nominis tùm Rei descriptione, & divisionibus S. 1
Conductûs, ad ipsas Causas, justo ordine progredimur. Inter 2
quas primum locum obtinet Efficiens. CAUSAM EFFICIENTEM
S. Conductûs constituo Personas concedentes sive eos, qui pote-
statem concedendi habent. † Hi verò sunt, vel præditi potestate 3
publicâ ut Magistratus, iique aut superiores, aut inferiores,
vel privatâ v. gr. Creditores: de quibus singulis sigillatim h. cap.
agetur. † Primas hic tenet *Imperator*; est enim summus Orbis 4
Christiani Magistratus & Dominus, sceptro Regiæ Majestatis im-
perium administrans, R. A. *de An. 1559. in pr.* §. und uns mit der
Würde &c. Mundi Dominus *l. 9. ff. ad L. Rhod. d. jact.* (quomo-
dò verò hoc intelligendum, vid. Dn. Schnobel *Disp. ad π. 9. th. 12.*
Magnif. Dn. Struve *syntagm. J. prud. Exerc. 20. th. 30. H. Grot. Flor.
spars. ad J. Justin. ad d. l. 9. & de J. B & P. lib. 2. c. 22. n. 13*) & o-
mnes reliquos Reges atque Principes dignitate præcellit. Li-
mnæus *de J. Publ. L. 2. c. 7. n. 25. & seqq.* † Potest igitur omnibus 5
omninò ex plenitudine potestatis S. Conductum concedere, ve-
luti delinquentibus *per l. relegati 4. ff. d. pæn.*) Debitoribus *Edict. 6
Justin. 2. in pr. l. 2. C. d. prec. Imp. offer.* Militibus *l. 10. C. d. remilit.
XII.* Reuterbestallung *de An. 1570. art. 39. & 60. ubi*: ohne unser be- 7
willigung. † Hostibus. *Ibid. art. 64. & 65.* † Imò non tantum 8

per-

personis, sed etiam rebus, quarum exportatio & importatio est
prohibita, *per rubr. & t. 1. C. quae res export. non deb.* de quibus fusius
in cap. seq. dicetur. † Eodem jure S. Conductum concedendi,
9 meritò quoque gaudent reliqui *Reges, Principes ac Respublicae,*
superiorem non recognoscentes. † Imò & ipsi *Pontifici Romano,*
10 in ditionibus, quas tq. Princeps summò imperiò tenet, illud
competere indubium est. † Cùm etiam *Electores, Princi-*
11 *pes, Comites* atque reliqui S. Romani Imperii Ordines, tan-
tùm in regionibus ac territoriis suis valeant, quantùm Impera-
tor in Imperio, per tradita Magnif. Dn. Richteri *P. 1. dec. 4. n.*
16. & P. 1. dec. 15. n. 24. Dn. Johan. Andr. Gerhard. *Qq. illustr.*
J. Publ. hex. 6. q. 3. Dn. Eyben. *in Dissert. de Brocard. omnis Elector*
&c. Imperator est in suo territorio. Id circò nec his, uti nec *Civi-*
tatibus [illegible] Besold. *Thes. Pract. voc.* Glaid, *ibique citat. Zie-*
12 *gler & Clar.* concessio S. Conductus deneganda; † Hòc tamen ob-
servatò discrimine, quòd S. Conduct. ab Imperatore concessus per
totum Imperium valeat. Electorum verò, Principum &c. ultra
13 territorii fines se non exerat. † Inferiores Magistratus sunt vel
Civiles, vel Militares: de illis maximè inter Dd. controvertitur:
14 † An *sc. Magistratus inferiores delinquentibus S. Conductum concede-*
re possint? Negantium castra qui sequuntur, fundant se (1) *in l.*
relegati 4. in f. ff. d. pen. ubi dicitur, neminem posse commeatum
remeatumve dare exuli, nisi Imperatorem ex aliqua causa: it. *in*
15 *l. ad bestiar 31. §. 1 ff. eod. l. 1. § 10. ff. d. postul.* † Ex quibus txx. pro-
bare satagunt, Jus concedendi S. Conductum ad solum Princi-
pem s. Imperatorem spectare, & ad regalia referendum esse, infe-
16 riori igitur Magistratui non competere † (2) Urgent, quòd S.
Conductum habentem offendens, incurrat crimen L. Majestatis
17 *l. 1. ff. ad L. Jul. Maj.* hoc autem adversus Principem, non Magi-
stratus inferiores committatur. *§. 3. I. d. publ. jud.* † Verùm Affir-
mativam veriorem & quotidianâ experientiâ approbatam esse,
cum Dn. Carpzov. *Pr. Crim. d. P. 3. q. 112. n. 23.* statuimus, cui &
alii magni nominis JCti adstipulantur; Magnif. Dn. Mevius *p. 3.*
Decision. S. Trib. Reg. VVism. dec. 169. n. 2. in not. ibi: S. Conductum
pro securitate veniendi ad judicium concedere, est actus jurisdictionis,
ideò judicibus competit, etiam inferioribus, *pro necessitate actuum in iis.*

expe-

expediendorum, modò omnimodam J.dictionem habeant, & Dn. Brunnemann. *Proc. Inquis. c. 8. memb. 6. n. 12. dicit*, quòd rectius illi sentiant, qui à quolibet Magistratu merum imperium habente, S. Conductum concedi posse, putant. † Imò Besold. potesta- 18
tem hanc omni Judici, ratione delicti commissi competenti, concedit; *Thesaur. Pract. voc.* Glaidt *circ. fin.* † Rationes, cur Ma- 19
gistratibus inferioribus altam jurisdictionem habentibus, concessio S. Conductûs competat, plures D. Carpzov. *d. l. n. 23. &* 24. adducit, ad quem me remitto.

Ad argumenta Dissentientium facilè Responderi potest † Ad 20
txx. (1) ex J. Civili allegatos & quidem *l. 4. ff. d. pen.* Resp. cum 21
Carpzov. *d. l. n. 25 quòd* tx. ille non agat de S. Conductu; sed remissione & indulgentia criminis, quam solum Principem concedere posse, non dubitamus. † Eadem quoque est Responsio ad 22
l. 31. §. 1. ff. eodem. tx. enim ille itidem de jure aggratiandi soli Principi competente, est accipiendus. Vid. Jacob. Lectius *ad Modest. depen. h. l.* † *Lex. 1. §. 10. d. postul.* planè est impertinens, nihil 23
enim ibi de S. Conductu dicitur: sed loquitur de restitutione in integrum eorum, qui postulare prohibentur, † Ratio verò quæ 24
(11) profundandâ Dissentientium opinione affertur, sc. per offensionem Rei S. Conductum habentis committi crimen L. Majestatis; 1. vera non est nisi in violatione S. Conductûs illius, qui à Principe, nullum Superiorem recognoscente, datur: † Quod 25
tamen & ipsum nonnulli non aliter concedunt, quàm si fides publica violetur in contemtum Principis. *Fachin. l. 9. contr. c. 60.* † secùs igitur est in S. conductu ab inferiore Magistratu conces- 26
so, in quem, cùm crimen L. Majest. non possit committi, ideò violans hunc S. Conductum, arbitrariè punitur. Coler. Proc. *Execut.* P. 4. *c. 1. n.* 229 † (2) Responderi potest vocabulum se- 27
curitatis *in l. 1. ff. ad L. Jul. Maj.* non accipiendum de S. conductu delinquentibus concesso: sed denotare tranquillitatem & pacem publicam (*ἀσφάλειαν vocat Harmenopul. notante hic Gothofr. in Not.*) † ita explicat Budæus, Duarenus & Anumæus *ad cap. 1. A. B. dis-* 28
curs. 1. th. 18 † Patet igitur ex jam dictis haud dubiè, omnem Magistratum merum imperium s. Jurisdictionem superiorem ha- 29
bentem, sive ut Besold. all. suprà loc. inquit: omnem Judicem

illins delicti competentem, S. conductum concedere posse. Casp.
30 Ziegler *ad aur prax Calv. in §. Civitas. concl. 1. n. 58.* † Atque ita in
31 Electoratu Brandenburgensi observari, testatur Dn. Brunnem.
d. Proc. Inquis. c. l. n. 12. in fin. Observanda tamen cautela à Colero
d. l. n. 216. tradita: melius sibi consulere delinquentes, si citati,
non à Judice inferiore, sed Domino territorii S. Conductum impetrent, ne extra locum Judicis inferioris, ubi comparere tenen-
32 tur, S. Conductûs termini deficiant. Ziegler. *l. c. n. 59.* † Atque hæc
33 in causa criminali ita obtinent; sed quid juris in causa civili; † *an*
Magistratus inferior absque consensu Creditorum, Debitori fugitivo
34 *aut latitanti, S. Conductum concedere poterit?* Negativam lubet defendere. cùm LL. nullibi Magistratui inferiori hanc potestatem
35 concedant, imò potius denegent. *Edict. Justin.* 2. §. 1. † ratio etiam
concessionis deficiat; licet enim absens sit debitor, processus
tamen exinde non impeditur; sed per missionem in possessionem
bonorum, & constitutionem Curatoris, Creditoribus consuli
36 potest per *l. 2. in pr. l. 7. §. 7. ff. quibus ex caus. in poss. eatur.* † Non
3 opus itaque præsentiâ Debitoris, non S. Conductu. † Id ipsum
etiam dispositum est in *Reform.* guter Policey zu Augsburg *A.* 1548.
tit. von verdorbenen Kauffleuten. 22. *vers.* die weil solche & 1577. *tit.*
38 *eod.* † Verba, cùm nostram assertionem maximè illustrent, non
pigrabimur huc transcribere: † So setzen / ordnen und wollen wir / daß solche Handthierer und gewerbsleute / so sich fürsetzlicher und betrüglicher weise banckerot machen / und außtrünnig werden / hinführo von keiner Obrigkeit auffgenommen / noch ohne willen der Gläubiger vergleitet werden sollen. Vid. Tholos. *Syntag. Jur. Univ. L. 22. c. 8.*
39 † Hæc de personis S. Conductum, tàm in Crim. quàm Civilib. causis concedentibus, sequuntur Militares, quarum quamvis officium sit, milites in castris continere *l. 12. §. 1. ff. d. re milit.* quandoque tamen S. Conductum s. abeundi licentiam ad certum tempus, qui in specie Commeatus vocatur, militibus sibi subjectis
concedere valent. *l. 2. C. d. commeat.* xii. Des H. R. Reuterbest.
40 *de An.* 1570. *art.* 60. 61. 140. † Non solùm autem Militibus hisce, verùm ex justâ causâ etiam hostibus S. Conductum Magistratus militaris, tàm summus d. Reuterbest. *art.* 65. quàm inferior concedere potest, illis præprimis quos oppugnant, aut obsessos te-
nent,

nent, & se suasque copias quod attinet, tradente H. Grot. *L. 3. d. J. B. & P. c. 22. §. 8.*

† Tantum de personis, quæ authoritate publica S. Condu- 41
ctum largiri possunt, restant inter personas concedentes Creditores, quibus & ipsis permissum est in causis civilibus Debitoribus suis, (qui scil. propter debitum in carcerem conjici possunt) S. Conductum concedere, & sic juri carcerandi debitorem, vel in totum, vel ad tempus renunciare. *arg. l. 8. C. qui bon. ced. poss.* ibi: *electio detur Creditoribus, vel quinquennale eis spatium indulgere.* † 42
Omnes enim licentiam habent, his, quæ pro se introducta sunt, renunciare. *l. 29. C. de pact.* & sui juris persecutionem, aut spem futuræ perceptionis (sive solutionis) deteriorem constituere. *l. 46. ff. de pact.:* † Cœterùm non incommodè hîc Quæritur, 43
quid juris sit: *si pars Creditorum S. Conductum concedere velit, reliqui autem nolint, an major pars Creditorum reliquis invitis aut nolentibus præjudicare possit?* † Quod, quamvis primâ fronte 44
negandum videatur, propter communes illas Juris regulas: Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari *l. 5. C. d. auctor. præstand. l. 8. l. 10. ff. d. aq. & aq. pluv. arc. cap. 29. d. R. J. in 6to.* Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet. *l. 5. d. jur. & fact. ignor.* 45
Factum cuique suum non alteri nocet *l. 155. d. R. J.* Res inter alios acta aliis non nocet aut præjudicat. *t. t. C. res inter alios act. l. 63. d. re judic.* In his quæ sunt plurium communia, non singulorum vel majoris partis, sed omnium adhiberi debet consensus *l. [illegible] comm. prædior.* † His tamen non obstantibus dictam Quæstio- 46
nem affirmandam censemus; scil. quòd majori parti Creditorum placuerit, id etiam reliquis placere debere per *l. ult. C. qui bon. ced. poss.* † ideoque & S. Conductum à majori parte Creditorum Debitori ex certâ causâ indultum, reliquos dissentientes ratum habere teneri. † Imò sola humanitatis ratio & debitorum fa- 47
vor S. Conductum à majori creditorum parte concessum sustinet, & necessitas ipsa hoc efflagitat. † Nunquam enim propter natu- 48
ralem hominum dissentiendi libidinem *l. 17. §. 6. recept. arbit.* sperandum foret decisum, & inexplicabilibus tricis inter Creditores omnis involveretur processus, finemque vix unquam sortiturus esset. Add. Magnif. Dn. Tabor *tr. de præsidiis Debitor infelic. in præf. præsid. 6.* Dn. Mevius *in Discuss. lev. inop. debit. c. 3. n. 48.* ubi dici-

dicitur: *Si inter Creditores agitur de sublevando aliquâ ratione debitore, sæpè aliquorum consensus cæteris præjudicat, & necessitatem*
49 *assentiendi imponit.* Sicut in simili specie idem decidit *ICtus in l. 7. §. fin. ff. d pact.* Dn. Carpzov. *in asyl. debit. pos. 63. n. 66. & seqq.* Stephan. Nathen. *tr. de Justitia vulnerata. P. 1. tit. 6. c. 6.* ubi ait: *quòd justè perhibeatur voluntas majoris partis creditorum, respectu*
50 *S. Conductus, dilationis moratoriæ, & remissionis partis debiti.* † Cùm autem dubitari potuisset, quænam major pars Creditorum dicatur, & num hæc ex quanto debiti, vel Creditorum numero æstimanda sit, optimè hoc decidit ipse Imperator *in d. l. ult. C qui bon. ced. poss.* scil. quod major pars ex quantitate debiti sit æstimanda; ac pari quantitate debiti inventâ, dispari verò Creditorum numero, amplior pars seu numerus Creditorum obtineat; ita ut, quod pluribus placeat, hoc statuatur. Sin verò undique æqualitas emergat tàm debiti, quàm numeri Creditorum, illi anteponantur, qui ad humaniorem declinant sententiam, h. e. S. Conductus concedendus est. *d. l. ult.* quod & confirmatur In der Ordn. des Keyserl. Landfriedens *de An.* 1521. & 1548. *tit.* Friedbrächer und solche Thäter nicht zu hausen/ und von denselben Vergleitung. §. Wir wollen auch *&c.* Adde Perez. *in C. h. t. n. 23.* Dn. Brunnem. *in l. fin. C d. t.*

CAPUT IV.

DE
MATERIA seu SUBJECTO SALVI CONDUCTUS.

1 PErlustratâ † Causa efficiente S. Conductûs, transeundum ad
2 causam Materialem. SUBJECTUM S. Conductûs sunt Personæ & Res, quæ, uti jam cap. 1. dictum, communem securitatẽ amisere: Si n. securitate hac communi gaudent, S. Conductû opus non habent, cum aliis remediis & pœnis in violatores constitutis, hæc securitas sit munita *rubr. & t. t. d. pac. tenend. & ejus violator II. Feud. 27. l. un. C. d. Irenarch.* † Superfluum igitur precibus im-
3 petrare, quæ jure competunt *l. 16. pr. ff. d minor. l un. C. d thesaur. Lib. X.* † Dicis: frustrà Legis auxilium implorare, qui in LL. com-
4 mittunt. *l. auxilium. 37. in fin. ff. de minor.* adeoque & hos, qui pro-
priâ

deripientibus est subveniendum *l. 2. §. 3. ff. ad SCt. Vellej.* maleficiis minimè indulgendum *l. 14. ff. d. R. V. l. 3. C. per quas person. &c* nec fraudes sunt concedendæ *l. 1. pr. ff. d. dol. mal.* * Nec juvantur Dis- 103
sentientes æquitate Canonicâ, quâ putatur subveniendum esse pauperi tam bono, quam malo *c. quiescamus, dist. 42.* cum ille tantùm de eleemosynis dandis agat, ubi inter bonos & malos non attendi potest differentia: * Non igitur exinde ad Decoctores argumentari 104
potest. Hi enim omnium judicio pœnis potiùs digni habentur cùm fidem tàm foedè & cum damno Creditorum violent. * Et quidem eò 105
minus illis S. C. concedendus, cùm aliàs beneficia paupertati concessa non competant ei, qui suâ culpa factus est pauper, post Felin. Steph. Nathen *in Justit. vulnerata P. 1. tit. 6. c. 6 n. 1. & seqq.* * Ma- 106
gistratus igitur sive superior sive inferior illis Sal. Conductum sinè consensu Creditorum concedere non debet, arg. eorum, quæ in d. Ordin. Pol. sanciuntur. * Creditores tamen de jure suo si velint ali- 107
quid remittere, Sal. Conductum ipsis etiam fallitis sive Banccoruptoribus dare possunt, ob communem juris regulam: volenti non fit injuria *l. 9. §. 1. ff. de aq. & aq. plur. arc. l. 6. §. 9. ff. quæ in fraud. credit.* * Hæc de Debitoribus qui S. Conductum petere & 108
non petere possunt.

III. Qui * prætereà tempore pacis S. Conductu opus habent 109
sunt PEREGRINI: * tales hîc dicuntur, qui nec origine nec incolatu 110
de corpore Civitatis sunt Dn. Mævius *comment. ad J. Lubec. quæst. prælimin. 4. n. 1. & 2.* * vel qui ex singulari aut necessaria causâ, veluti 111
negotiorum expediendorum gratiâ, vel pestis, belli, hostiumque metu, ad evitanda damna quandoque cum familia & suppellectile aliô confugiunt, ibique commorantur. * Vocantur quandoque fo- 112
renses, advenæ, hospites Dn. Hahn. *ad Wesenb. tit. ad municipal. n. 4. in fin.* Dn. Struv. *Exerc. 50. th. 53.* * Recipiunt autem S. Conductum 113
iis in locis, ubi statutò aditus & transitus peregrinis aut in perpetuum, (quod de Regno Sinarum memorant Historiographi vid. Lucas de Linda *in Descript. Orbis & omnium Rerump. descript. Regn. Sinæ pag. mihi 1097.* ubi dicit: quòd nemini peregrino sinè consensu Regis Regnum ingredi, integrum sit.) Aut saltem ad tempus, quod tempore pestis aliamve ob rationem, metu contagii, aliusque mali contingere solet, est prohibitus: * Exemplum habuimus superiori- 114
bus annis grassante in Anglia & Belgio peste * Naves enim ex his 115

D pro-

provinciis venientes, in Gallia, aliisq; locis finitimis non statim admittebantur; sed in mari persistere (die Quarantaine halten) & Sal.
116 Conductum exspectare tenebantur. * Aliàs regulariter peregrini S.
117 Conductu opus non habent, & si detur, nihil novi operatur: * Nullibi enim peregrini à securitate communi sunt exclusi: sed potius liberum commerciorum exercitium, libera hospitatio, ubi voluerint,
118 ipsis J. Gentium concessa. * Quod tamen ex *Auth. omnes peregrini*
119 *C. commun. d. success.* quam ad hoc citant Dd. non probatur. Peregrini enim ibi non sunt illi, qui non sunt Cives Romani; sed Peregrinantes sive qui absunt à patria, non juris, sed domicilii. *Vid.* Brunnem. *in C. ad h. tx. it.* Magn. Richt. *Eod. Loc. n. 9.* Perez. *in C. qui test. fac.*
120 *poss. n. 7.* * Meritò igitur hodiè illa statuta & consuetudines, quibus factô naufragiô bona & res peregrinorum, quæ in navi erant, in nonnullis locis in commissum cadunt, vel fisco vindicantur, ut irrationabiles & omni jure destitutæ improbantur, & abrogatæ ab Imp. Friderico II. *in Auth. navigia. C. de furt.* & Carolo V. *in Constit. crimin. art. 218.* Add. Magnif. Dn. Struv. *Syntagm. J. Civil. Exerc. 20. th. 26.* Dn. Hahn. *ad VVesenb. ad L. Rhod. de jactu n. 5.* Wisenbach. *ad ,,. P. 2 Disp. 30 vers. damnatur.* Sam. Pufendorf. *Element. Jurispr. Lib. 1. def. 5 §. 28. in fin.* Besold. *Th. Pract. voc.* Grundruhrrecht & *voc.* Strandrecht. Gail. 1. *obs. 18. n. 6.* ubi ait, in Camera contra hujusmodi consuetudines mandata sine clausula decreta, & ita in causâ Consulum civitatis Hamburgensis contra Duces Holsatiæ esse judicatum.
121 II. Tempore * belli Sal. Conductu nonnunquam opus habent (1) Milites. Vocantur autem in Jure Milites illi, qui in numeros relati, h. e. qui militari matriculæ, authoritate Principis inscripti. *l. 42. d. testam. milit. l. un. ff. d. bon. poss. ex testam.* Fußknechtes Bestallung *Maximil. II. de A. 1570. art. 1. 47. 48. & seqq.* Dn. Struv. *Exerc. 50. th.*
122 *41.* * Dividuntur in equites & pedites, illis campi, his colles, ur-
123 bes & abrupta servantur. * Hi regulariter nullam per possessiones evagandi habent facultatem; sed cum signis propriis in castris &
124 mansionibus solitis permanere debent *per l. 11. C d. re milit. XII.* * Nihilominus tamen illis quandoque, commeandi licentia à Duce belli conceditur, tùm ob necessitatem bellicã, quæ id suadet, veluti quandò pabulationis causâ abeunt des H. R. Reuterbest. *de A. 1570. art. 6.* aut ad custodiam corporum, vel curiarum, S. S. Ecclesiarum, vel similium causarum deputantur, *per l. 17. C. d. erogat. milit. annon. XII*

quæ

quæ] custodia hodiè *Salvaguardia* aut Gallicè *Convoy* vocari solet; tùm ob alia negotia, quæ in unam classem redigi nequeunt, unde, an ad Sal. Conductum impetrandum sint sufficientia, arbitrio Magistratuum militarium relinquitur. * Observandum porrò hic ve- 125
nit, quòd Magistratus militaris non solum militibus, strictè sic dictis; sed & aliis personis ad militiam pertinentibus, veluti concionatoribus, Consiliariis, Medicis, venalitiariis castrensibus & id genus aliis hominibus adminiculò hoc Sal. Conductûs subvenire & prospicere possit. * Coeterùm quid de transitu militum innoxio, 126
quem exteri quandoque Reges aut Principes in Imperio sub certis conditionibus impetrare solent, judicandum sit, de eo scitè discurrit. Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. cap. 2. § 13.* & optimè hac de re cautum in Rec. Imp. Augustæ d. Anno 1582. §. Demnach setzen/ordnen *et. Add. Nov. 130. ibiq. Matth. Stephan. n. 10.*

Hostes * II. tempore belli non rarò salvo conductu sunt di- 127
gnandi: Hi in Jure Civili dicuntur illi, quibus Pop. Romanus, aut qui Pop. Romano bellum decreverunt, *per. l. hostes 118. d. V. S.* * 128
Cùm enim ipsi publicam securitatem turbent, eamque quantùm in *ipsis est*, evertere conentur, etiam impunè occidi *c. si homicidium 41. XXIII. q. 5.* eorumque res diripi possint. *Auth. navigia. C. de furt.* vid. Grot. *d. I. B. & P. L. 3. c. 4. 5. & seqq.* communi securitate regulariter non gaudent. * Attamen nonnunquam, ex justa causa, 129
belli commercium (uti H. Grot. *d. L. 3. c. 21. §. 1. vocat*) hosti commeatum sive Sal. Conductum concedit, quod inter belligerantes utrinsq; partis commodo, observatur. * Hinc Sal. Conductum hosti 130
concessum inter præliminaria pacis refert Sprenger. *Jurispr. publ. tit. de Jure pacis pag. mihi 111.* * Quare dedita urbe, præsidio hosti- 131
li, ut & captivis hostium redemtis tutum abitum concedendum, nec petenti ex causa rationabili, etiam si ex numero hostium sit, hoc humanitatis officium denegandum esse, jus belli suadet, cùm quamvis hostis, tamen propterea non desierit homo esse, & ex hâc S. Conductûs concessione parùm incommodi concedens sentire possit. Grot. *d. l. §. 14.* * Atque hæc ita obtinent in hostibus Reipublicæ. 132
De Hostibus Ecclesiae itidem in dubium vocatur; *an Jure Sal. Conductûs uti frui possint, ac debeant?* * Ante omnia sciendum 133
(1) hostes Ecclesiæ hic dici eos, qui in fundamento fidei orthodoxæ aberrant, quales sunt; Judæi, hæretici, infideles sive Ethnici &c.

(2) Notandum hanc quæstionem inter Evangelicos, Pontificios ac
ac Reformatos vulgò sic dictos, locum non habere, quia horum
religio in Imperio nostro Romano-Germanico est recepta & tole-
ratur, omnique libertate & securitate gaudet, uti patet *ex Pacific.*
religiosa Passav. de A. 1555. & novissimâ Pacific. Osnabrugensi art. 5. §. 12.
134 *n. 6. & art. 7. in pr.* * Hisce præcognitis, Respondemus, quòd si de
S. Conductu ad usum commerciorum ab infidelibus impetrato in-
telligatur, regulariter affirmandum videatur, cùm infidelitas non
privet quem Jure naturæ & Gent. *arg. l. 5. & l. 5. verb. commercia ff.*
135 *de J. & J.* * commercia autem Juri Gentium adscribantur. *d. l. 5.*
ideò ob horum favorem liber ac securus commeatus non denegan-
136 dus videtur. * Regulariter diximus, quia illa securè commeandi li-
bertas ex rationibus Politicis per civiles Imp. & Statuum Imperii
sanctiones restringi ac limitari potest. * De Judaeis in specie con-
137
138 trovertitur *an Jure Sal. Conductus gaudeant?* * Non examinabi-
mus hic illam controversiam; an Judæi in Rep. Christiana toleran-
di, vel non, inter Theologos, JCtos & Politicos fervidè in utram-
que partem agitatam, de quâ præ cæteris vid. Georg. Theod. Die-
terich. *Tr. d. Jure & statu Judaeorum in Rep. Christiana. Kizel. de Regali*
habendor. Judaeor. Cellar. *Politic. c. 18. §. 29. & seqq.* Speckhan. *in Dia-*
tagmate Judaeor. oder Jüden Ordnung. Spenger *Jprud. publ. c. 11. q. 1. pag.*
m. 263. Magnif. Dn. Struv. *in Praelection. publ. ad Codic. tit. d. Judaeis &*
139 *caelicol. quaest. 1.* * Ad quæstionem Respondemus affirmando, ex su-
prà adductâ ratione. Add. tamen *A. B. c. 9. §. 2. ibiq. Interpp. Reform.*
guter Policey *de A. 1548. & 1577. tit.* von Jüden und derselben Wu-
140 cher. * Cùm verò multi ex Principibus & Statibus Imperii propter
subditorum utilitatem in suis territoriis non tolerent Judæos, uti in
141 Ducum Saxoniæ & Bavariæ provinciis videre est; quæstionis est: *
An illi saltem nundinarum solennium tempore, Judaeorum commercia intra
pomaria sua ferre ac permittere cogantur? quod asserendum videtur
per tx. Rec. Imp. August. de A. 1551. §. diesen zu begegnen *ibi:* doch sol-
len den Jüden die auffrichtige Handthierung und Commercien in
den offenen freyen Messen hiemit unbenommen seyn. *Add. d. Reform.*
guter Policey *de A. 1577. d. tit. ibi:* mit ziemlicher Handthierung und
Arbeit ernehret. Vid. Dieterich. *d. tr. cap. 3. & seqq.* Dn. Fritzsch. *tr.*
142 *de regal. nundin. Jur. c. 6. n. 9.* * De Hæreticorum ad colloquium
Eccle-

Ecclesiasticum vocatorum S. Conductu, consule Menoch. *consil.* 100.
Matth. Cuneo *tr. de Pact. P.* 1. *cap.* 13.
Hæc de Personis, sequuntur Res, quæ & ipsæ, si communi se- 143
curitate exciderunt, S. Conductûs sunt indigæ ac capaces, & sunt il-
læ merces, quæ exportari, vel hostibus vendi non debent, quas ho-
diè wahren von contrebande vocant: * veluti de J. Romano pro- 144
pter utilitatem publicam prohibitum fuit extra fines Imperii Ro-
mani exportari vinum, oleum aliudve liquamen *l.* 1. *C. quæ res export.*
non deb. * Ne barbari sive exteri istorum dulcedine illecti, prom- 145
tius fines invadant, & hostilitatem attentent, cujus rei exempla re-
fert *Gothofr. in Not ad d. l.* 1. *lit. A.* * Sic à Justinian. privatis ar- 146
ma vendere prohibitum *Nov.* 85. *c.* 3. *ibique Matth. Steph. Add. Ma-*
gnif Dn. Tabor *in suo armamentar. Justin. c.* 1. *th.* 15. *& c.* 2. *th* 1. *& seqq.*
it. materiæ, ex quibus arma conficiuntur, & naves, *cap.* 17. *X. d.* 147
Judic. aurum *l.* 2. *C. d. commerc.* ut & reliqua mercimonia, quibus ho-
stis instructior redditur *c. significavit* 11. *X. d. Judæis* Perez in C. *Quæ res*
exp. non deb. aut Resp. detrimentum capit arg. Ordin. Pol. Imp. Au-
gust. *de An.* 1548. *tit.* von verkauffung des Inghers 23. *&* 1577. *tit.* wie es
mit verkauff- und verführung des Lebers zu halten 22. ubi etiam modus
exportationis lanæ præscribitur. Add. Edict. von Müntz wesen Ferdin.
I. versus nach dem, ubi sub gravi pœna evectio auri & argenti infecti pro-
prohibetur. jung. Dn. Tabor. *d. tr. c.* 2. *n.* 4. *& seqq.* ubi quid usu &
moribus hodiernis obtineat, explicat. * Quapropter illi, qui ejus- 148
modi mercimonia prohibita exercent, si confiscationem mercium
aliamve pœnam vitare velint, S. Conductu sive licentiâ exportandi
ab eo, qui prohibuit, sibi consulere debent. * Non incommodè 149
huc referri potest nobilis illa quæstio: *An liceat iis, qui hostes non sunt,*
aut dici nolunt s.(ut communiori vocabulo utar) qui neutralitatem sequun-
tur, hosti absq; S. Conductu merces subministrare? * Acriter hac de re olim 150
disceptatum fuisse, aliis belli rigorem, aliis commerciorum liberta-
tem defendentibus, notat H. Grot. *de I. B. & P. L.* 3. *c.* 1. *§.* 5. ubi per
distinctiones aliquot ad hanc quæstionem respondet, & in notis
d. §. 5. plurima exempla adducit, ad quem brevitatis ergò B. L. re-
mittimus.

CAP. V.

DE FORMA S. CONDUCTUS.

1 Egimus de Causa efficiente, subjecto & objecto S. conductus, ordo postulat, ut de FORMA, quippe quæ esse rei dare dicitur, *arg. l. 9.*
2 *§. 3. ad exhibend.* non nulla edisseramus. * Illius autem vicem subeunt ipsæ qualitates S. Conductui competentes, quæ consistunt I. in
3 modò concedendi S. Conductum. II. in Cautione præstanda. * Modus concedendi diversimodè se habet. Nam (1) interdum solet concedi motu proprio, interdum ad preces & implorationem pe-
4 tentis. * *Motu proprio*, quandò non petitio recipientis, sed alia quædam ratio vel causa (quales plurimæ à Dd. recensentur) conce-
5 dentem movit. * Tales sunt E. Gr. in causa criminali, patefactio sociorum criminis, *arg. l. 5. §. 7. C. ad L. Jul. Maj.* confrontatio cum alio carcerato *l. 10. §. 5. ff. de quæst.* quæ quando, & quomodò insti-
6 tui possit, accuratè enucleavit Dn. Tabor *Tr. de confrontat.* * In alia causa, testimonium, ad splendorem veritatis, ne innocens opprimatur, dicendum. *arg. c. hortamur 3. q. 9.* Vid. Speidel. *in addit. ad Besold Th. pract. voc.* Gleidt. Eodem modo tempore belli, ne-
7 cessitas S. Conductum hostibus, etiam non petentibus, largitur. * Sic intricatæ & confusæ adeò Debitoris absentis facultates, ut à Curatore bonis dato, vel Creditoribus absque Debitoris præsentia in ordinem redigi nequeant, huic etiam S Conductum præstant. &c.
8 * Ad *implorationem* verò *petentium* conceditur, quando hi, qui potestatem hanc habent, ad instantiam petentium, & causas petitio-
9 nis sufficientes allegantium, S. Conductum communicant. * Quid verò *si Magistratus inferior vel Creditor S. Conductum concedere nolit?* Superiorem adeundum esse, & ab ipso S. Conductum peti posse, nul-
10 li dubitamus *arg. cap. accedens 4. X. ut lit. non contest.* * Si & ipse recuset, aliud remedium vix superest, cùm is ad beneficium hoc concedendum cogi non possit *arg. l. 10. C. de donat. l. 29. pr. ff. eod.*

11 Ad * modum concedendi S. Conductum spectat (II) quòd
12 quandoque tacitè, quandoque expressè concedatur. * TACITE, (si *ut suprà in cap. 2. n. 54. dictum*) factum tale interveniat, quod absque securitate expediri non potest, quamvis S. Conductûs expressa mentio haud fiat; sive si concedatur aliquid, quod S. C.
13 sub se includit, & absque S. Conductu subsistere nequit. * Ita concessus intelligitur, quandò Princeps aut Creditores inducias concedunt moratorias, *per l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. 4. C. d. prec.*
14 *Imp. off.* * Nam cum Creditores tempore induciarum debitum

exigere

exigere non possint, multò minus debitorem ob debitum in carcerem conjicere poterunt. * Taciti hujus S. Cond. congruum
exemplum habemus etiam in bello, Induciarum tempore, cum 15
inter hostiles exercitus certò tempore convenit, ne se invicem lacessant, *l. 19. §. 1. d. captiv.* * tunc enim, cùm omnes offensiones
bellicæ cessent, S. Conductum liberamque commeandi & remeandi licentiam concessam esse, etiamsi inter paciscentes de eâ expressè non fuerit actum, facilè intelligimus. * Quod tamen de il- 16
lis induciis, quæ tantummodò ad breve tempus, certi alicujus negotii expediendi gratia, v. gr. sepeliendorum mortuorum causâ dantur, non est asserendum. * Sic etiam si obsessis induciæ tantùm, 17
ne oppugnentur, datæ, nihil erit immutandum, nec jus commeandi, nisi expresse de eo conventum, permissum erit. *Vid.* H. Grot. *de J. B. & P. L. 3. c. 21. § 10.* Dn. Strauch. *Dissert. Academic. 5. d. induciis. c. 4. th. 5.* * Ventilari hic potest quæstio notissima: *An Citationi* 18
S. Conductus tacitus insit, ita ut citato ob delictum vel debitum, vi citationis, absque S. Conductûs concessione, reditus permittendus? * Et 19
dicendum videtur, quòd quamvis vulgò in ore Practicorum sit, 20
quamlibet citationem in dorso securitatem q. s. ferre: Die Ladung bringt das Geleit mit sich. Coler. *de Proc. exec. P. 4. c. 1. n. 236.* Dan. Moller. *L. 2. semestr. c. 1. n. 1.* Dn. Carpzov. *Pr. crim. p. 3 q. 112. n. 16. & 19.* unde & in ditionibus Saxoniæ solam citationem tribuere citato securitatem tutò veniendi & recedendi, citati Autores aliique testantur. * Nihilominus in aliis terris ac regionibus, ubi Jus Saxonicum non receptum, ejusmodi tacitum S. 21
Conductum citationi non inesse, putamus. Ratio: LL. enim nullibi citationi talem effectum tribuunt, E. nec nos, *per Nov. 18. c. 5.* * Non Obst. *l. 2. §. fin. d. in jus voc.* Si quæ igitur Citationi inest 22
securitas, respicit ea saltem vim injustâ, sub qua incarceratio facinorosi, utpote quæ fit lege jubente, comprehendi nequit. * Imò & in terris Saxoniæ, ubi securitas tacita inesse creditur citationi, absque alia fide publica, nudæ Judicis requisitioni se committere, periculosum monet Coler. *d. l. his verbis: nemini author esse velim, quòd nudæ citationi, cùm fragilis sit ista spes & sæpè fallat, fidem habeat.* * Ex quibus inferendum, Reum citatum, si inconsultò
sinè S. Conductu compareat, à Judice competente incarcerari 23
posse:

24 posse: * Si enim delinquens vel Debitor, beneficio S. Conductûs, ab incarceratione immunis, utique omisso eô & neglectô, aliud
25 dicendum erit. Coler. *d. l. n.* 193. * Nec est quod conqueratur ci-
26 tatus. * Sibi namque imputet, quòd petendo, antequàm accederet, S. Conductum, ipsemet locum non fecerit tutum, *arg. l. 35. ff. ad L. Jul. d. adult. l. 18. d. accusat. l. 7. C. qui accus. non poss.* Coler. *d. l.* Dn. Carpzov. *d. l. n. 15.*

27 At tacitum hunc S. Conductum, non incommode videtur referri posse, illa securitatis species, quæ moribus non nullorum locorum obtinuit, ut si nova Nupta Principis in ipsius aulam solenniter deducatur bey Fürstlicher Heimführung der Braut/ malefactores, currui novæ Nuptæ inhærentes, sine per jurii pœna, securitatem mereantur, quibus intercessione Nuptæ novæ, quat. ob delicti qualitatem fieri potest, non nunquam gratia s. venia delictorum à Principe concedi solet. Vid. Besold *Th. Pract. voc.* Glaid Henr. Bruning. *de var. universit. specieb. th. 30. in exeg.* Hæc de tacito. S. Conductu.

28 Expressè * S. C. datur, quando concedens disertis verbis voluntatem suam declarat, id quod plerumque fit nudâ promissione. * Hinc vocatur in *Nov. 17. c. 6.* verbum, it: verbum datum.
29 * Cum quo coincidit Germanorum, inprimis militum, loquendi
30 formula, qui S. Conductum, qui nudâ promissione præstatur, Das Wort oder Parole cum Gallis vocare solent. * Sæpè enim in
31 bellis usu venit, ut hostis hostem auff dessen Wort / oder auff Parole, colloquii causâ accedat. Cujus generis exemplum legere est apud C. Tacit. *lib. 2. Annal.* inter Fratres Flavium & Arminium. * Non opus igitur habet concedens, sùt S. Conductum fi-
32 dejussoribus, nisi id specialiter fuerit promissum, confirmet. *l. 3. ff. d. V. S.* quod in bello Obsidibus fieri solet. Guil. de Cuneo *tr. de securit. n. 22.* * Notandum autem hic est, quod hæc promissio
33 non nunquam in scripturam redigi, & subscriptione sigillique impressione concedentis corroborari soleat; quod tamen de essentia S. Conductûs non est, *arg. Nov. 17. c. 6.* sed tantummodò probationis melioris ergò fieri assolet. *arg. l. 4 ff. d. pignor.*

34 Probationis * gratia quandoq; & signum recipienti S. Con-
35 ductum datur Guilielm. de Cuneo *d. tr. n. 30.* * Cujus in exemplum

malè

male adducuntur Tabellarii ordinarii & Cursores publici, insigne
Magistratûs sui vel concham tabellariam, vulgo Botten büchsen/
Botten Schildt/gestantes: Melius fortassis in Judæis, clavum sive 36
annulum flavum in vestibus; *Ordin. Pol. de A. 1530. tit.* von der Jüden
Kleidung/& in aliis, si quæ sint, signa securitatis concessa portantibus,
personis, constituitur. * Ejusmodi S. Conductùs signum Deus Cai- 37
no, primo Fratricidæ, impressisse legitur *Gen. 4. vers. 15. & 16.* ne à quo-
piam cui obviaret, interficeretur, quod quale fuerit, ne falcem in alie-
nam messem mittamus, Theologis discutiendum relinquimus. Vid.
Plur. Rever. Dn. Chemnit. *in Comment. in Gen. Disp. 3. qu. 4.* ubi rejectis
Rabbinorum sententiis, verisimilimam eam statuit, quæ existimat,
fuisse horrendum aliquem corporis affectum, quassationem & vi-
brationem membrorum, in aspectantium oculos incurrentem.

Cæterum cùm S. C. sit fragilis cautio *l. 66. §. 1. ff. ad SCt. Tre-* 38
bell. quæ in parva membraná vel papyro continetur, ut proinde huic
se committere juxta tradita Carpzovii *Pr. Crim. P. 3. q. 112. n. 72.* Ge-
org. Mundii *vol. 2. cons. 6. n. 36. & cons. 11. n. 44.* periculo quandoque
non careat, Concedentes, utplurimum, solent personas custodes
addere, quos Gradiatores vocat (*fortè Guardiatores*) Guil. à Cuneo
d. tr. n. 23. Et hoc maximè in bello fieri solet *l. 17. C. d. erog. milit.*
XII. vulgò Convoy appellari solent.

* AD MODUM CONCEDENDI S.C. III. PERTINET CAUSAE COGNITIO, 39
quæ in eo consistit, quandò & quibus causis S. Conductus concedi de-
beat. * Ubi (1) notandum, quòd petentes S. C. causas moventes alle- 40
gare easque probare debeant. * Sunt autem hæ potissimum Metus, 41
& suspicio periculi, ac inter eas, in Salvo quidem Conductu delin-
quentium & debitorum ad judicium vocatorum, in primis nume-
ratur metus carceris, & exinde emergens loci non tuti exceptio. *per
clement. pastoralis. §. notorium cum seqq. d. sent. & re jud. cap. accipimus
d. fid. instrum. c. ex parte 47. X. de appellat. ibi: excusatur honestè, qui ad
præsentiam delegatorum* Judicum *non potest securè venire citatus.* Jacob
Ayrer. *Proc. Jur. P. 1. cap. 3. obs. 2. n. 38.* * Dicitur autem locus non 42
tutus 1. ratione inimicitiarum insidiarumvè citato suspectus. *c. acce-
dens 4. ut lit. non contest.* aut ubi injuriam judicis justè veretur. * 2. 43
Accessus non tutus vocatur, quando in loco, in quo citatus com-
parere debet, pestis vel alius quidam morbus contagiosus grassatur:
quò casu citatus non comparere tenetur, pestis enim ipsum à con-

tumacia excusat. *Arg. l. 7. ff. ad SCt. Trebell.* Ayrer. *d. l. n. 37. & 47.*
44 Schneidevv. *ad §. 12.* J. *d. action. n. 81.* * Causas igitur justas qui alle-
gat, easque probat, ei S. Conductus denegari non debet. E con-
trario S. Conductum ad nudam petitionem, sine expressione cau-
sæ vel periculi non esse concedendum, haud obscurè liquet. Suspe-
cti enim & intuti loci allegatio nuda non sufficit, sed causa specia-
45 liter exprimi debet. Zanger. *de Except. P. 2. c. 5. n. 5.* * Qui igitur
tale periculum exprimere non potest, ille regulariter communi ju-
diciorum securitati est relinquendus, & si causam specificè expone-
46 re nolit, ultra non audiendus. * Atque ita in summo Tribun. Reg.
Wismar. *d. 27. April. Ann.* 1655. decretum esse, memorat Magnif.
47 Dn. Mævius. *P. 3. decis. 196.* * Pertinet hùc (2) quòd S. Cond. Reo
48 citato absenti aut latitanti, concedi debeat. * Quamvis enim Ju-
dici incumbat omnibus modis laborare, quò delinquens capiatur,
atque hunc in finem Literas patentes requisitorias, quas vulgò offe-
ne Steckbrieffe vocamus, ad omnes ubique Magistratus & Judices,
quò repertum comprehendi & detineri jubeant, mittere debeat.
49 *Nihilominus tamen si nulla amplius Reum capiendi aut incarce-
randi spes adsit, petenti S. Conductus, ad defensionem & dedu-
ctionem innocentiæ, denegari non debet. Dn. Carpz. *d. l. n. 32. &
50 seqq.* Dn. Brunnem. *Proc. Inquisit. c. 8. m. 6. n. 12.* * Diximus Reo
absenti & fugitivo; quare si præsens sit & in vinculis jam detinea-
tur, S. Conductus concedi aut ex carcere relaxari non debet. Carpz.
51 *d. l. n. 42.* Brunnem. *d. l. n. 17.* * Non nunquam tamen hæc limitan-
52 da esse, suprà in *cap. 4. n. 22. & seqq.* ostendimus. * Circa eum, qui e
carcere aufugit; an & huic S. Conductus rectè concedatur, dubium
53 movetur. * Resp. Si nulla spes sit aufugientem iterum deprehen-
dendi, S. C. meritò favore defensionis indulgetur: Atque ita pro-
nunciatum est in Scabinatu Jenens. M. Aug. A. 1618. & M. Dec. Ann.
1641. Hæc in causa criminali.

54 * In causa Civili sive circa S. Conductum Debitorum, qui
propter debita incarcerari possunt, attendendũ, quod illis S. con-
ductu subveniendum, qui novercante fortunâ facultatibus lapsi
sunt: non malitiosis decoctoribus & fraudatoribus, qui suo vi-
tio efficiunt, ut egeant, fideique datæ solvendo satisfacere
55 non possint. * Cujus farinæ homines graphicè depingit Dn. Mæ-
vius *in Discuss. lev. inop. debit. c. 5. n. 71. & seqq.* Marquard. *tr. de Jur.
mercat.*

mercat. lib. 4. c. 9. f. 31 * Hinc debitores S. Conductum justè pe- 56
tentes exponere debent (1) causam & qualitatem infortunii.
Ordin. Polit. de A. 1548. & 1577. tit. von verdorbenen Kauffleuten * 57
(2) infortunii veritatem probare debent, S. Conductus enim non
valet, nisi causa petitionis veritate nitatur *l. 7. pr. C. d. diverſ. re-
ſcript.* Sprenger *J. P. tit. d. Moratoriis n. 1. in fin.* * (3) Probare tenen-
tur difficultatem & impossibilitatem ſolvendi, juxtaq; (4) * pro- 58
mittere, quòd allaborare velint, quò ſolvere possint. Hillig. ad Do- 59
nell. *l. 22. comm. c. 9. lit. I.* * (5) Qualitas debiti etiam explicanda ve- 60
nit, S. Conductus enim regulariter conceditur pro debitis non ex-
ceptis. * Excipiuntur autem debita futura, fiscalia, debita ex causa 61
delicti, opificum & mercenariorum, pupillaria, Ecclesiastica, æq;
pauperum, eduliorum & comestibilium in foro venalium, alimen-
torum, dotis, locationis, commodati, depositi &c. * Ast 62
hæc pluribus perstringere non est nostri instituti, uberiùs autem
illa deducunt Dn. Carpzov, *asyl. debit. cap. 4. pos. 62. n. 49. & seqq.*
Menoch. *de A. J. Q. caſ. 203. n. 17. & seqq.* Farinac. *Pr. crim. lib. 1. tit.
4. q. 29. n. 23. & 34. & seqq.* H. Hermes *Fasc. J. publ. cap. 12. q. 11. & 12.*

* In S. Conductu Militum, hostium, peregrinorum, Judæ- 63
orum, & in S. C. rerum, itidem observandum, quod non debe-
at concedi, nisi jus belli, favor commerciorum vel alia quædam
necessitas aut justa causa id suadeat.

* (IV). Circa modum concedendi S. Conductum, inspici- 64
endum est TEMPUS & quidem omnem S. Conductum, personis con-
cessum, temporalem esse, non vero perpetuum, suprà in cap.
2. n. 52. ostensum est. * Cum vero uno eodemque temporis ar- 65
ticulo includi omnis S. C. nequeat, ex concedentis arbitrio &
determinatione id dependet, qui pro rei qualitate & statu con-
ditioneque personarum, illud aliquando definitè, aliqn. inde-
finitè indulgere atque præscribere potest. P. Prem. *d. securit. q. 5.* * 66
Quod tn. cum micâ salis intelligendum putamus; * Magistratus e- 67
nim inferior, si vellet facinoroso cuidam ad 100. annos S. Con-
ductum promittere, uti ejusmodi exemplum Venetiis contigis-
se Farinac. *d. l. n. 10.* refert, limites potestatis suæ excurreret, &
per indirectum facinoroso remissionem criminis daret, quod
non ipsi; sed soli Principi superiori competit *l. 4. ff. d. pæn.* * Ma- 68
 gistra-

giſtratus verò ſuperior, licet ad tot annos S. Conductum concedere, imò pro detegendo enormi crimine etiam propoſitô præmiô, per literas impunitatis ad conceſſionem perpetui S. C. procedere poſſit: Speidel. *in addit. ad Beſold. voc.* Glait. propriè tn. loquendo is S. Conductus non eſt: ſed potius remiſſio pœnæ ſive aggratiatio, nomine S. Conductûs conceſſa.

69 In * S. Conductu Debitorum, tempus itidem ex concedentis arbitrio pendet; & licet nonnunquam annus, biennium &c. concedatur, Quinquennium tn. eſt uſitatiſſimum, ex quo & nomen habere dicitur. *Ord. Pol. d A. 1548. tit.* von verdorbenen Kauffleuten/

70 * Debitoresque Quinquennales vocantur, Hermes Faſc. J. *P. c. 11. q. 4.* quamvis & illud, neceſſitate exigente, prorogare concedentes poſſint. * Idem quoque dicendum de reliquis S. Conductûs ſpeciebus.

71

Supereſt II. ut ad CAUTIONEM transeamus, quam S. Conductum petens præſtare debet, & quidem S. Conductus delinquentibus absque cautione regulariter concedi non debet, & ita practicam quotidianam teſtari, aſſerit Dn. Carpzov. *Pr. Crim. d. l. n. 87. in fin.* * Intelligendum autem hoc eſt de S. Conductu ſpeciali, in generali enim non opus eſſe cautione, affirmat Idem *d. l. n. 6.* * Præſtatur autem hæc ſatisdatio, ſive Cautio judicio ſiſti, in S. Cond. delinquentium variè: * Quandoque, ſi Reus bona immobilia ſufficientia ad cautionem poſſideat, ſatisdare non tenetur, Carpzov. *d. l. num.* 101. quia facultatibus hiſce judici ſatis proſpectum, modò, quod requirunt nonnulli, in bonis illis immobilibus hypotheca judicialis conſtituatur: * Alias verò ſi bona immobilia non poſſidet aut pignoribus idoneè cavere debet, ut teſtatur Idem *d. l. n. 99. & ſeqq.* cum hodiè regulariter, ubi ſatisdatio exigitur, ea etiam pignoribus fieri poſſit, monente Weſenbec. *ad ff. tit. qui ſatisd. cog. n. 7.* Add. Dn. Brunnem. *Proc. Inquiſit. c. 8. m. 6. n.* 20. aut fidejuſſoribus.

72

73

74

75

76

77

78 * Quantitatem autem, in quam ſe obligare debeant fidejuſſores, à Collegio peritorum utplurimum determinari, ſcribit Brunnem. *d. l.* Carpzov. *d. l. n. 92. & ſeqq.* & tenentur illam quantitatem fidejuſſores, ſi Reum non exhibeant, præſtare. Q. hic: *Cui ſumma illa pecuniæ, ad quam ſe obligavit Fidejuſſor in caſu non exhibiti rei, ſit applicanda?* * Pro deciſione hujus quæſtionis deſtinguendum exiſtimamus utrum Judex *inquiſitoriè* procedat, an verò, *Ordinariè* ad inſtantiam

79

accu-

accusatoris. * Priori casu pecunia cautionis Judici sive Fisco appli- 80
canda: * Posteriori verò si accusator existat, verius videtur pe- 81
cuniam cautionis actori deberi, non judici, quòd in processu ordina-
rio Actoris potissimum intersit, Reum in judicio sisti. * Atque 82
juxta hanc distinctionem in Scabinatu Lipsiensi pronunciatum esse,
tradit Carpzov. *d. l. n. 116.* * Illud adhuc circa cautionem à Reo 83
præstandam controvertitur: *An, si Rei criminum, nec Fidejussores dare, nec pignoribus cavere possint, cautio Juratoria admitti debeat?*
Negat Carpzov. *d. l. num.* 104. Brunnem. *d. l. num.* 20. nisi cri- 84
men sit levius. Affirmat Dn., Mæv. *P. 1. dec.* 4. * Conciliari pos- 85
sunt hæ sententiæ, si negativam intelligamus de casu, ubi petens est
persona vilis, aut facile in custodiam redigi potest: * Affirmativam 86
vero ubi Reorum non nisi per concessum S. C. est copia, tunc enim
præstat qualem qualem cautionem admittere, quam frustraneam
reddere criminis prosecutionem. Ita juratoriam admisit Amplissima Fac. nostra Juridica Jenensis M. Decemb. 1623. & N. Nov. 1609.

In S. Conductu autem Debitorum, quin deficientibus cæ- 87
teris cautionibus, Juratoriæ locus sit, indubium est, per ea quæ tradit Carpzov. *P. 3. const. 25. def.* 53. In aliis autem S. conductus speciebus, Militum sc. hostium &c. cautio non requiritur, nisi concedentes eam desiderent.

CAPUT VI.
DE
FINE S. CONDUCTUS.

FINIS S. Conductus varius est: etenim EX PARTE CONCEDENTIS 1
IN S. C. DELINQUENTIBUS datô finis est, ipsa justitiæ administratio; cùm enim qui criminis alicujus incusatur, tutò comparare & se defendere nequeat, obstante periculo loci non tuti, idcircò favore defensionis & ne absentes, & inauditi condemnentur, Magistratus competens S. Conductum concedere solet, ne eô denegatô illis in effectu defensionis & exculpationis facultas subtrahatur. Carpz. *Pr. Crim. l. c. n. 32. & seqq.*

II. IN S. CONDUCTU DEBITORUM, tùm ex parte Principis,
tùm ipsorum Creditorum, causa finalis non una esse solet: ple- 2
rumque moventur paupertate Debitorum, novercante fortuna ad incitas redactorum, ut se eô melius colligere, rebus suis præ-

3 esse, & ipsis Creditoribus satisfacere queant. * Multa enim favore paupertatis tributa beneficia. *arg. l. 74. §. 1. ff. ad SCt. Trebell. l. 6. §. fin. ff. d. offic. Præsid.* cùm afflicto non addenda afflictio *l. 14.*
4 *ff. d. t. l. 9. §. ult. ad L. Pompej. d. parricid.* * Quis autem in Jure pauper dicatur, variant Dd. Communiter Judicis arbitrio hoc relinquunt. In hac materia pauper etiam censendus, qui
5 bona quidem habet, sed ex quibus solutio fieri commodè nequit. Dn. Mev. *discuss. lev. imp. deb. c. 5. n. 41.* * Difficultas etiam ex intricatis debitorum rationibus descendens, sæpè impellit Creditores, ut Debitori S. Conductum concedant, hunc in finem, ut facultates indicet, rationesque expediat.
6 III. In * S. Conductu Militum, hostium, peregrino-
7 rum, Rerum &c. Finis remotus est bonum publicum; proximum suppeditant aliæ occurrentes rationes, ex necessitate, utilitate, commerciorum favore, humanitate, aliisque causis exsurgentes.
8 Ex * Parte impetrantis s. recipientis S. Conductum, Finis itidem non unius generis est, nec enim ob eandem causam
9 hoc S. Conductûs beneficium imploratur; * Delinquentes S. Conductum expetunt, ut metu carceris, qui mala est mansio *l. 7. ff. depos. l. 15. ff. d. injur.* suppliciisque immensorum cruciatuum æquiparatur *in l. 23. C. d pæn.* liberati, securè ad Judicium venire;
10 innocentiamque deducere possint. * Debitores parilem in finem S. Conductum impetrant, ut nim. ab incarceratione, aliisque Creditorum vexationibus tuti, ad frugem interim redire, res suas meliùs agere, ac eò commodius omnibus Creditoribus de-
11 mùm solvere queant. Carpzov. *Asyl. debit. c. 4. pos. 63. n. 66.* * Militibus, ut castigationem militarem, quâ aliàs, non impetratô commeatu, divagantes afficiendi *l. 2. & l. 3. C. d commeat.* XII. decli-
12 nent. Hostibus, ut mortem, captivitatem & direptionem bonorum effugiant. *auth. navigia C. d. furt. c. si homicidium XXIII. q. 5.*
13 Rebus exportari prohibitis, quò confiscationem *l. 2. C. quæ res export. non poss.* evitent.

CAPUT VII.
DE
EFFECTU S. CONDUCTUS.

1 HActenus † de causis S. Conductum constituentibus, jam transeundum ad inde resultantem Effectum, cujus consideratio hisce

hisce potissimum membris absolvi potest. I. Obligatione tùm
ex parte concedentis, tùm impetrantis S. Conductum. II. In-
terpretatione. III. Actionibus contra S. Conductûs violatores
competentibus. IV. Pœnâ in eosdem statutâ. † *Obligationem* 2
quod concernit, illa ex parte concedentis in eo consistit, 1. quòd
S. Conductus semel concessus, inviolabiliter sit servandus. *arg. l.*
5. C. d. O. & A. S. Conductus enim est promissio, pacti instar se
habet, & in speciem contractus transit: est namq; duorum (con-
cedentis nim. & accipientis) in idem placitum *l. 1 §. 2. ff. de pact.*
consensus. † Ut ergò pactum contrahentes obligat, nec ab eo alterâ 3
parte invitâ recedere fas est; ita nec concedenti soli, à promissâ
semel securitate recedere licebit *arg. l. 13. §. 29. ff. d. contrah. emt.*
Dn. Carpz. *d. l. n. 74.* Dn. Tabor. *Thesaur. Loc. comm. ax.* 1. Mund.
vol. 2. cons. 11. n. 81. † Eò minùs, quia nemo sub fide publicâ de- 4
cipi debet, quod fieret, si S. C. promissus non servaretur. *l. 3. de*
offic. Praet. l. 1. C. de his qui ven. etat. impet. † In primis si à sum- 5
mo Magistratu, Principe nempe, sit concessus, servari debet, cùm
vox Principis sit instar oraculi: Ejus una lingua, calamus unus,
animus tàm constans & immotus, ùt lapis angularis, polarisque
in cœlo stella esse debeat. Clapmar. *de Arcan. Rerump. L. 5. c. 8.* Dn.
Reinking. *p. m. de R. S. & E. L. 2. class.* 1. *c. 2. n. 1. & seqq.* Fari- 6
nac. *Pr. Crim. Lib. 1. tit. 4. q. 29. n. 5.* † Quamvis igitur S. Condu-
ctus dicatur fragilis cautio. Gail. 1. *observ. 2. n. 7.* fragilitas tamen
illa, non descendit ex intrinseca ejus natura: sed extrinsecùs. † 7
Authoritas namque Legis, quæ S. Conductum servare jubet. *arg.*
Nov. 17. c. 6. & intrinseca promissionis, à concedente factæ, vis,
assecuratum ab omni metu & diffidentia vacare jubet. Carpz. *d. l.*
n. 72. & seqq. † Contra fidem datam verò si quid eveniat, non 8
S. Conductui: sed concedentium pravitati adscribendum. † Hìc 9
autem inprimis sese exserit differentia inter S. Conductum Gene-
ralem & Specialem. *vid. c. 2. n. 59.* † Ille tantummodò respicit judi- 10
cium, & tribuit hoc, ut quis securè ad id possit venire, & tutò
recedere, remorandi securitatem non tribuit. Si igitur citatus
extra diem juridicum inveniatur, in carcerem recipi potest.
Carpz. *d. l. n. 10.* † Communiter tamen concludunt Dd. non ni- 11
mis rigidum hìc esse debere Judicem. Hinc generali S. Condu-
ctui tribuunt securitatem per triduum, primum ad comparen-
dum,

dum, secundum ad tractandum in judicio, tertium ad receden-
12 dum; nisi dies juridicus diutius duret. *Id. d. l. n.* 13. † Specialis
verò longè pleniorem tribuit securitatem, unde & das freye oder
volle sichere Geleit appellatur, ut per totum tempus litis durantis
possit Reus in loco judicii, & apud suos commorari, negotia tra-
ctare, & super innocentiæ defensione deliberare. Carpzov. *d. l. n.*
20. *& seq.*

13 Magistratus II. † sive superior sive inferior, qui S. Conductum
concessit, illum non modò in suo territorio, sed etiam in alieno
servare debet, ita ut auxilio alius Magistratûs, Reum neque per se
14 neque per alium capere queat. Carpzov. *d. l. n.* 47. † Quòd non so-
lùm de S. C. delinquentibus & debitoribus dato verum est: sed
etiam in S. Conductu concesso hostibus obtinet. Vid. Grot. *d.*
15 *J. B. & P. L.* 3. *c.* 21. *n.* 22. † Declarant tn. hæc nonnulli in S. Con-
ductu delinquentium, & dicta restringunt ad concedentem: *Par-*
ti enim offensæ, si Reum extra territorium S. C. concedentis in-
venire possit, non obstante S. Conductu, eum arripere & in car-
cerem conjicere, prohibitum non esse contendunt. *arg. l. ult. ff.*
16 *de jurisdict.* Carpz. *d. l. n.* 55. *& seqq.* † Ex dictis porrò haud du-
biè patescit, quòd, cùm grave, imò turpe sit fidem fallere, *l. 1. pr.*
ff. d constit. pec. omnibus omninò S. Conductus illibatè servan-
17 dus sit: sive itaque fuerit hosti *c. noli* 3. *q.* 1. Speckhan. *q.* 1. *n.* 3:
Grot. *d. l. L.* 3. *c.* 19. *ibique* Felden. *in Not.* sive Judæo *l.* 14. *C. d.*
Judeis sive hæretico *c. innocens.* 22. *q.* 5. *ibid.* Reinking. *d. l. n.*
27. sive de alio & vel atrocissimo delicto inculpato Ordn. des
Landfr. *de Anno* 1521. *&* 1548. *tit.* Friedbrecher und derselben Thäter
nicht zu hausen. §. wir wollen. 2. S. Conductus concessus, ille neu-
18 tiquam violandus erit. † Extenditur id à Dd. (1) ad illum *S. C.*
qui contra Statuti vel Juris communis prohibitionem, causâ non
cognitâ concessus est; iis enim etiam casibus *S.* Conductus, etiam-
19 si fortè concedi non debuisset, servandum existimant. † Est e-
nim contra rationem, ut quis authoritate publicâ circumscriba-
20 tur, *l.* 1. *C. de his qui ven. etat. imp.* † multaque fieri prohibentur,
quæ facta valent & sustinentur: *arg. l.* 1. *§.* 1. *ff. d. fer. l.* 1. *§.* 4. *ff. qu.*
appelland. Add. Menoch. *d. A. J. Q. Lib.* 1. *q.* 81. *n.* 12. *& L.* 2. *cas.*
336. *n.* 33. *& cas.* 337. *n.* 5. Mund. *vol.* 2. *consil.* 11. *n.* 63. *& seqq.* Fari-
21 nac. *Pr. Crim. L.* 1. *tit.* 4. *q.* 29. *n.* 10. *&* 95. † qui etiam *n.* 11. sub-
jungit,

jungit, quòd ille, qui captus sub S. Conductu, relaxari & in pristinam libertatem reduci debeat. vid. Bajard. *ad Jul. Clari Pract. Crim. L. 5. q 32 n. 33.*

(2.) † Ampliatur, ut non tantùm ipse, cui datus S.C. violari non debeat, 22
sed nec Comites ejus. Farinac. *d. l. n.* 50. † Quod tamen ad omnes Comi- 23
tes sive socios in distinctè extendendum non est; Comitum enim nomine
non intelligendi sunt, quorum causa magis est odiosa, quàm ipsius, cui S.
Conductu prospicitur. † Hinc in bello seu S. Conductu hostium, explora- 24
tores, proditores, desertores, piratæ, latrones, transfugæ, (quia ma-
gis odiosi sunt, quàm ipsi hostes, *arg. l. 2. §. 10. & l. 6. §. 4. ff. de re milit.*)
S. Conductu hosti, sociisque aut comitibus concessô, non comprehendun-
tur; sed ex hostilibus copiis extracti, captivari possunt, nisi speciali & 25
expresso commeatu ipsis provisum fuerit. Conf. Grot. *d. J. B. & P. d. L. 3.
c. 21. §. 19.* Quæri autem hîc solet (1) *Num S. Conductus concessus, etiam se* 26
extendat ad familiam ejus? † Affirmant *arg. l. 2. §. 1. d. usu & hab. l. 21. ff. d.* 27
prec. cum immunitas Domino concessa, intelligatur etiam concessa pro e-
jus familia Farin. *d. l. n.* 51. Guil. de Cuneo *Tr. de securit. n. 25.* Familiæ verò
nomine uxor, liberi & servi contineantur *l. 40. §. 2. & 3. ff. d. V. S.* † Negat 28
Grot. *d. l. §. 18.* allegata ad jus commorandi restringens: morari enim dicit,
solemus cum familia, peregrinari sinè ea, Famulum tamen unum atq; alte-
rum, etiamsi expressus non sit, comprehensum censeri in eo, quem sine tali
comitatu ire, indecorum foret. (2) Ad obligationem concedentis pertinet 29
ea Quæstio: *An concedens S. C. teneatur damna data resarcire?* Ad quam Re-
sponsum suprà cap. 2. *n. 28. & seqq.*

Obligatio ex parte impetrantis s. recipientis S. Conductum RATIO- 30
NE PRINCIPALIS, consistit (1) In eo, ut (si v. gr. delinquens aut De-
bitor S. Conductum obtinuerit) receptis literis S. Conductûs, citationi
obediat, in loco citato compareat, & defensiones proponat. Gail. 1. *obs. 52. n.*
4. aliàs enim pro contumaci habetur & declaratur. * S. Conductui namque 31
inest ea conditio, ut impetrans præstet id, cujus gratia indulgetur; si re-
moratur, cessat bona illa præsumtio, ex oblatione de se sistendo orta, &
succedit meritum malum, ex quo velut contra confessum carceri locus est
Dn. Mæv. *P. 1. dec. 3. n. 7. in not.* † Quæ tamen de comparitione diximus, 32
cum grano salis intelligenda esse arbitramur: * Si enim literæ S. Condu- 33
ctûs alicui concessæ, essent obscuræ, dubiæ adeoque fragiles, ut periculum
carceris, vitæ aut corporis, iis non sublatum, aut propter capitales ini-
micitias, vel perfidiam Magistratûs, qui fidem aliis datam frangere solitus
est, S. Conductus suspectus, tunc ejusdem oblatio, non tollit exceptionem

loci non tuti, ideoque non infert necessitatem personaliter comparendi.
Vid. Magnif. *Dn. Mev. d. l. P. 3. dec. 153.* sed mitti potest Procurator s. excusator (uti Dd. vocant) ad allegandam loci non tuti exceptionem. Gail. *d. l. n. 7.*

34 (II) Obligatio † ejusdem consistit in eo, ut accepto S. Conductu se modestum & pacificum exhibeat. Quare & in Instrumentis S. Conductûs quandoque hæc clausula apponi solet: wir geben dir Geleit zum rechten
35 und vor unrechter Gewalt; doch also / daß du dich hin wiederumb auch gleichlichen verhaltest / *arg. l. 41. C. d. transact.* Carpz. *d. l. n. 54.* † Quin & clausula hæc etiam si non exprimatur, tacite tn. eidem inesse censetur. Dn. Mev. *d. l. P. 1.*
36 *dec. 3. n. 7.* † Quare si Reus ipsemet aliquid violenter, vel contra pacem publicam committeret, offendendo videlicet partem adversam, aut alios eorum locorum homines, verbis vel armis: S. Conductus extinguitur, & Reus incarcerari aut puniri potest. *vid. cap. seq. n. 22. & seqq.*

37 RATIONE FIDEJUSSORUM, pro petente S. C. intercedentium, Obligatio consistit in eo, ut Reum sistant, aut pœnam promissam solvant.
38 vid. Carpzov. *d. l. n. 90.* † Si igitur, Reus citatus, in judicio non comparuerit, contumaciam non tantum ipse, uti n. 3. dictum, incurrit: sed & Fidejussores, qui eum toties quoties opus fuerit præsentare promiserunt, non pœnæ quidem fiunt succedanei *arg. l. 22. C. d. pœn.* pecuniam tamen cautionis
39 solvere tenentur. Quod tamen ita explicant Practici, quòd non condemnandi sint fidejussores ad solutionem pecuniæ promissæ, nisi Reus emanserit in ultimo termino, citatus ad audiendam sententiam quâ vel tortura vel pœna corporalis ipsi dictatur Dn. Carpzov. *d. l. n. 117. & seqq.*
40 Dn. Brunnem. *d. l. num. 20. in fin.* † Ex quo, Reo sæpius emanente, nec pœnam promissam multiplicandam, sequitur. Carpz. *d. l. n. 123.* quemadmodum nec emanente Reo, statim executivè ad pœnam procedi potest,
41 sed ad purgandam moram admittendi. *l. 26. pr. C. d. d. fidejuss.* † Non incommodè hic controvertitur: si Reus *ultimo termino emaneat, & fidejussor summam promissam exsolvat, annon Reus postea, si occasio ferat, in vincula conjici,*
42 *& sententia, contra ipsum lata, executioni dari possit?* † Affirm. quia pœna promissa magis contumaciam fidejussorum, Reum, non sistentium nec exhi-
43 bentium, concernit, quàm principale delictum: † aliàs Reus fugiendo, pœnam corporalē pro lubitu posset convertere in pecuniariam, quod sanè iniquissimum, & delictorum impunitatem induceret. Dn. Brunnem. *d. l.*
44 *n. 21.* † Atq; juxta hanc sententiam multoties Dnn. Scabinos Lipsienses re-
45 spondisse, testatur Carpzov. *d. l. n. 138. & seqq.* † Illud denique circa obliga-

ligationem fidejussorum notandum, quòd si semel sistant Reum, isque aufugiat, ulterius non teneantur. Carpzov. *d. l. in fin.* * Dissent. post all. Möl- 46
ler. *L. 2. Sem. cap. 2. num. 3.* hâc ratione, quòd obligati sint Fidejussores Reum
sistere, quoties opus, quorum obligationi per solam præsentationem non-
dum sit satisfactum. * Resp. Obligatio fidejussorum exsurgit ex ipsa di- 47
missione Rei. Propter præstitam cautionem enim hic è carcere dimittitur,
& fidei fidejussorum conceditur: liberant igitur fidem suam. præsentatione,
dum Reum restituunt in eundem statum, in quo fuit ante cautionem. Et sibi im-
putent, qui eum diligentius custodire poterant, & fugæ locum dederunt. Non
teneri amplius etiam fidejussores latâ sententiâ in causâ appellationis, statuit 48
Gl. quam sequitur Clar. Jason Boër. quod tn. in praxi non observari testatur
Moller. *d. l. n. 4.* Tantum de primo S. C. effectu.

Referri ad effectum certo modo potest II. INTERPRETATIO: evenire enim 49
potest, ut concessus S. C. in dubium vocetur, an legitimè & causâ cognitâ
datus, an Reus ejusdem capax, an casum præsentem comprehendat &c. * U- 50
bi si à Principe vel Magistratu concessus, interpretatio facienda ab eo, qui de-
dit *arg. l. 43. pr. ff. de vulg. & pup. subst. l. 22. C. d. LL.* * Si à Creditore, Judex 51
Rei competens interpretabitur. *l. ult. C. ubi in rem act.* Largissimè autem in-
terpretatio facienda. *arg. l. 3. ff. d. constit.* * Est enim favorabilis. *Mund. vol.* 52
2. cons. 6. num. 45 Et quidem eò magis, si non petenti datus, sed oblatus, 53
aut si ultrà privatam, & publica in eo negotio vertatur utilitas. H. Grot. *d. L.*
3. c. 21. n. 14. Vid. de his Farinac. *all. loc. n. 41. & seqq.* Præprimis verò circa in- 54
terpretationem, considerandæ FORMULAE: aut enim in S. Conductu certum
tempus expressum, v. gr. ad 30. dies. *Nov. 17. c. 6.* tres menses, vel etiam ad
sententiam usque Bis etwas peinliches erkandt/ & tum dies extra-juridici hoc
tempore comprehenduntur: Aut tempus non est expressum, & in S. C. ge-
nerali, cum Dd. communiter id arbitrio Judicis relinquendum arg. *l. 1. §. 2. ff.*
de Jur. deliber. l. 9. C. eod. * Plerique ad primam Juridicam talem sententiam 55
restringunt. Carpzov. *d. l. n. 60.* Speckhan. *c. 1. q. 1. n. 12. & 13.* * Simpli- 56
cissimus igitur hic S. C. * Plenior quodammodò, quô Reo licentia datur tutò 57
judicium adeundi & abeundi. Das er möge jedesmal von den Gerichten sicher ab-
und zu stehen: Hic enim intelligendus de omnibus diebus Juridicis. * Plenissimâ 58
verò securitatem tribuit S. C. specialis, qui præstitâ cautione conceditur; il-
lum enim etiamsi tempus non sit expressum, ad sententiam usque, effectum
suum extendere, non dubitamus. Quær. hic: *An S. Conductus Reo datus, non* 59
solùm de violentia quæ de facto, sed & quæ de jure infertur, veniat intelligendus? * 60
Practicabilem vocat hanc quæstionem Wurmser. *Exercit. in J. Publ. 6. q. 24.* &

61 pro affirmativa decidit, tùm, quòd aliàs nulla hujus S. C. esset utilitas,
62 cum omni Jure violentia prohibita; tùm, quòd Reum delinquentem, & indiciis satis gravatum, carceri mancipare, utique non sit injustum, sed juri
63 consentaneum. * Gravissimè tamen obstare videtur. *tx. in* P. H. O. *art.* 156. *ibi* Soll derselbe zum Rechten / für unrechter Gewalt / und nicht weiter verglei-
64 tet werden. Responderi potest: Effectum S. Conductûs, ante sententiam &
65 post eam publicatam, esse diversum. * Ad sententiam usque præstat. S. C. omnimodam, ab omni violentia, securitatem, & de hoc casu loquitur d. Autor.
66 * Postquam autem in sententia vel tortura, vel pœna corporalis est dictata, jam cessat illa securitas, vid *cap ult. n. 9.* & hoc modò intelligendus est *d. art.* 156. * Tam diu enim, donec in defensione & deducenda innocentia, Reus desudet, non est incarcerandus: si vero sententia declaret, defensionem nullam ei competere; sed criminaliter ad ulteriora procedendum., tunc dicit artic. noster, eò non debere porrigi effectum S. Conductus: Sondern er soll weiter nicht vergleitet werden / als vor unrechter Gewalt / ne sc. ultra sententiam gra-
67 vetur. * Et hoc modo explicandum existimamus etiam illum S. C. cui clausula: zum Rechten und vor unrechter Gewalt / expressè est inserta, per suprà datam rationem. Captiosus enim aliàs esset S. C. & præter communem securitatem nihil tribueret.

68 † Acriter etiam inter Dd. agitatam invenio quæstionem: *An etiam, si in Literis S. Conductus non sit expressum, ut quis possit securè reverti domum,*
69 *hac remeandi potestas illis tacitè insit?* † Distinctione cum Menochio *de A. J. Q. L. 2. cent. 4. cas. 336. n. 15. & seqq.* & Farinac. *Pr. Crim. L. 1. c. 4.*
70 *q. 29. n. 53. & seqq.* res erit expedienda: † *Aut enim ex subjecta materia liquidò constat. S. Conductui etiam remeandi potestatem inesse*, veluti in S. C. delinquenti aut debitori à Magistratu vel Creditore concesso; & securitas veniendi, includit securitatem recedendi. Dn. Jac. Blume *Proc. Camer. tit. 70. n.*
71 *6.* adeoque assecuratus, liberam remeandi facultatem habebit, aliàs enim captiosa esset concessio S. Conductûs, & beneficium datum foret inuti-
72 le. † In itu enim de reditu cautum censetur, non quidem vi verbi, sed ut
73 absurdum vitetur. Grot. *d. J. B. & P d. L. 3. c. 21. §. 16.* † Aut *ex subjecta materia apparet, redeundi potestatem non includi*, & assecuratus tutò remeandi licentiam non habet, uti v. gr. in S. C. qui præsidio hostili, deditâ urbe [...]l certum aliquem locum datur, videre licet: ubi simulatque ad destina[...]am locum hostis pervenerit, S. Conductus exspirat, reditusque ipsi planè est interdictus, & hoc est, quod dicit Grot. *all. loc.* Cui abire datum, non &
74 redire. † *Aut deniqueex subjectâ Materia nihil certi constat.* & assecuratus

si redit, violandus non erit, quia in dubio semper favorabilior sententia 75
amplectenda per *cap. odia. 15. cap. in pœnis 49. d. R. J. in 6.* & inspiciendum
non modò id, quod concedens S. C. sed etiam quod recipiens cogitavit.
Dn. Carpz. *d. l. n.* 8. Dn. Brunnem. *d l. n.* 14. † contraque eum, qui legem di- 76
cere potuit ape[illegible]tiùs, interpretatio est facienda, *cap. contra. 57. d. R. J. in*
6to Grot. *d. l. n.* 14.

Tertium hujus cap. membrum fecimus ACTIONES, competunt namq;
habenti S. Conductum actiones contra eos, qui illum contra securitatem 77
datam lædit atque violat. † Hæc violatio cùm variis modis, intuitu scil.
bonorum, famæ, familiæ, corporis &c. contingere possit: Ita (1) commu-
nes illæ actiones, vi bonor. raptor, injuriarum, ex L. Aquilia, L. Julia
d. vi publ. & privat. L. Corn. & sicar. aliæque, quibus læsis aliàs succurri-
tur, Reo non minus ac reliquis securitate communi munitis, conceden- 78
dæ erunt. † Præter has Actiones læso quoque competit (2) Condictio ex
lege vel moribus, eò scil. in casu [illegible] Lege Statuto aut consuetudine, certa 79
pœna in violatores est determin[illegible] *arg. l. un. ff. d. condict. ex lege.* † Lite-
ræ etiam Conductûs, si certam pœnam, aut pecuniariam, aut corporis af-
flictivam violantibus S. Conductum imponant, quod plerumq; in illis S. C.
quos Magistratus superior concedit, fieri solet, ad hanc exinde agi poterit.

† Restat IV. ut paucis de POENIS, quibus S. Conductûs violatio vindi- 80
catur, agamus, circa quas distinguendum putamus: † Aut delicto; quô 81
violatio S. Conductûs commissa est, certa pœna Legibus est definita, ùt v.
gr. rapinæ, quadruplum *l. 1. ff. vi bonor. rapt.* homicidio, deportatio, vel pœ-
na capitis *l. 16. ff. ad L. Corn. de sicar.* vel Literis conductus expressa, &
tunc hâc pœnâ in violatorom S. Conductûs animadvertendum erit † Aut 82
certa pœna, neque in Legibus, nec S. Conductu est imposita, & tunc pro
Judicis arbitrio, pœna extraordinaria, juxta facti & personarum qualita-
tem, irroganda est, per *l. 1. §. 2. ff. d. jur. delib. cap. de causa. 4. X. de offic. &*
pot. jud. deleg. Ex his igitur haud difficulter patet, perperàm eos sentire,
qui indistinctè offendentem eum, cui S. Conductus concessus, ultimo sup-
plicio afficiendum esse *per l. 1. pr. junct. l. 5. pr. C. ad L. Jul. Majest* autumant.
De quo ex. supr. c. 5. n. 24. diximus. Add. Dn. Carpz. *d. l. n. 76. & seqq.* Speck-
han. *cent. 1. q. 2. per tot.* & distinguentem Farinac. *L. 1. t. 4. q. 29. n. 16.*
& seqq.

CAPUT VIII. ET ULT. DE CONTRARIIS S. CONDUCTUS.

1 Sequuntur denique CAUSÆ DESTRUCTIVAE: videndum igitur quomodò S.
2 Conductus finiatur atque exspiret. * Oriuntur autem modi finiendi
vel ex causis, ipsi S. Conductui inhærentibus, vel extrinsecùs advenienti-
3 bus. † CAUSA DESTRUENS EX IPSO S. CONDUCTU orta, est (1) TEMPUS: quia
enim, ut supr. c. 2. n. 57 dictum, S. C. vel indeterminatè conceditur, vel ad cer-
tum tempus restringi solet? ideò, simulatque tempus præfinitum præter-
4 lapsum, ipse quoque S. conductus expirasse censetur. † Continuum enim
est & de momento in momentum currere dicitur. *Alb. in c. fin. X de E-*
5 *lect. Gl. in rubr. d. div. & temp. præscr. ibique Br.* † Quod tamen cum aliquo
temperamento intelligendum esse, Dd. monent, *arg. l. 105. ff. d. solut.* &
modicum spatium temporis (1) ad refectionem & ad regressum ipsi non
denegandum. Coler. *d. Proc. exec. P. 4. c. 1. n. 143.* tempus enim in dubio ar-
bitrio quidem Judicis, sed ut boni Viri relictū, Speckh. *cent. 1. q. 1. n. 15.* (2) S.
6 Conductus, effluxô licet terminô concessô, adhuc Reo servandus, si morbo
aliave vi majori retinetur & impeditur *arg. l. 38. §. 1. ex quibus causis maj. l. 16.*
7 *§. 8. d. publ. in rem act.* † Id quod etiam in S. Conductu hostium, quibus fide
publicâ securitas promissa est, elapsô terminô, ob prædictas causas, obser-
8 vandum esse dd. LL. suadent. † Tutiùs tamen agent, si eo in casu proroga-
tionem S. Conductûs in tempore petant, quò omne periculum, tutiori hoc
remedio averruncetur, superflua enim hic nunquam nocent. *l. 17. C. d. testam.*
9 † Intrinsicè (2) S. Conductū delinquentibus concessum destruit, SENTEN-
10 TIA quâ ipsi Reo tortura vel pœna corporalis dictatur. † Nam non datur S.
C. nisi contra vim & injurias, non contra juris executionem. *Ord. Crim. art.*
11 *156. in fin.* † quod & innuere videntur verba Instrumentis S. Conductûs in-
12 seri solita: Bis solang etwas peinliches wieder Jhn erkant. † Sententiâ itaque
ejusmodi publicatâ S. Conductus cessat, adeoque & cautio à Reo præsti-
ta, relaxatur, & Reus carceri mancipatur, atque adversus ipsum se-
cundum sententiam latam proceditur. Dn. Carpz. Pr. Crim. *d. l. P. 3. q. 112.*
14 *n. 63.* Dn. Brunnem. *d. Proc. Inquisit. c. 8. m. 6. n. 19.* † *An autem hoc casu sen-*
tentia statim executioni tradi possit; an verò judex exspectare teneatur, donec
ea transierit in rem judicatam quæritur? Affirm. posterius Moller *L. 2 semestr.*
c. 1. n. 2. Disting. Dn. Carpz. *d. l. n. 65.* inter processum inquisitorium & ac-
cusatorium: contra quam distinctionem, quamvis acriter, nec sine ratio-
nibus, disputet Oldekop, in Practica tamen eam observari usus docet †
15 Non tantum vero in Criminalibus: sed & in Civilibus sublatâ causâ, pro-
pter quàm concessus, S. C. expirat: Sic S. Conductus debitori ob pauperta-
tem concessus, crescentibus facultatibus, & sic paupertate cessante, cessat.
Farinac. *d. l. n. 76.*

Cau-

Causæ † Extrinsecus advenientes & destruentes S. Conductum, 16
à personis, tùm concedentibus, tùm recipientibus S. Conductum, oriuntur.
† Et quidem *respectu personæ concedentis*, S. Conductum tollit (1) Revocatio 17
s. pœnitentia, quæ destruit S.C. tunc, quandò concedens sibi expresse pote-
statem revocandi reservavit. *arg. l. 2. §. 2. ff. d. prec.* † Aliàs enim liberum 18
non est concedenti, pro lubitu à promissis recedere, & fidem fallere, per ea,
quæ cap. præc. attulimus. † (2) Obitum quoque concedentis inter causas 19
S.C. destruentes, referendum esse, quidam opinantur, quòd, si occurre-
ret casus, in quo constaret, à Magistratu concedente, non intuitu potesta-
tis publicæ, sed tantummodò ad bene placitum petentis, *arg. c. si gratiosè 5.
d. rescript. in 6.* datum fuisse, fortè concedendum. Add. Farinac. *d. l. n. 73.* † 20
Aliàs successorem obligari promissis Antecessoris sui, indubitati juris est.
Eòdem modo & Creditoris heres S. Conductum à defuncto promissum,
servare tenetur. *arg. l. 24. ff. d. V. S.*

† *Respectu* personæ *recipientis* S. Conductum, causæ destruentes sunt 21
(I) Abusus qui committitur 1. perpetratione novi delicti, scil. si ipse Reus 22
offendat adversarium suum, & sic ratione sui securitatem violet *arg. l. 41.
C. de transact.* Dn. Brunnem. *d. l. n. 19. in pr.* cessat enim tunc S.C. & Reus
incarcerari & puniri potest. Dn. Carpz. *d. l. n. 54.* cum S. Conductus con-
cessus intelligatur, rebus sic stantibus & in eôdem statu manentibus. † Ne- 23
que assecuratum juvare potest cautio securitatis, quam ipse oppugnavit
vel violavit. *c. ex eo 38. d. R. J. in 6.* sed locum hic habet regula: *Frangenti fi-
dem, fides frangatur eidem. l. 16. C. de pact.* Carpz. *d. l. in. fin.* Limitant tamen 24
hoc Dd.; nisi justa interveniente causa, utpote ad sui defensionem quid
commiserit, tunc enim non videtur S. Conductu abusus. Farinac. *d. l. n. 65.*
† (2) *Mutatione & omissione loci assignati. arg. l. 1. pr. ff. de eo quod cert. loc.* 25
l. 5. ff. commod. † Si tamen in casu necessitatis locus concessus observari 26
nequit, v. gr. propter pestilentiam, in cursum hostilem &c. S. Conductus
violandus non erit. *d. l. 1.*

† (*II.*) Renunciatio eaque vel expressa. *Nov. 17. c. 6.* vel tacita, quæ 27
fit à facinoroso, qui simpliciter & absque ulla exceptione, delictum confi-
tetur *per l. 25. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Vid. Dn. Carpz. *d. l. n. 82. & seqq.* Brun-
nem. *d. l. n. 19. in fin.* Dn. Blum. *d. Proc. Camer. tit. 70. n. 6. in fin.*

† His addi potest (*III.*) Sententia Absolutoria, (IV.) Transactio, 28
(V.) Solutio, aut in vim solutionis facta (VI.) Depositio: Quibus tamen 29
casibus S. Conductus potiùs cum securitate communi consolidari quàm
extingui, veriùs videtur.

* *Atqui*

† *Atque hæc sunt, quæ pro instituti ratione & tenuioris ingenii modulo de celebri atq; difficili S. Conductûs materiâ, Exercitii Academici ergò, differere volui, potui. Multa fusiùs & accuratiùs pro dignitate ejusdem tractari debuisse ac potuisse, non diffiteor: Verùm doctioribus ea relinquo calamo, ad citatos Authores me remittens. Sicubi etiam omnium exspectationi non satisfecerim, aut non omnia ex Tripode Apollinis dixerim: Lector Benevolus, amicioribus ea aspiciens oculo, facilè dabit veniam, memor imbecillitatis humanæ, cujus mentionem facit Sacratissimus Imp. Justinianus* in Constit. Tanta d. Confirmat. Digest. ad Senatum §. 14. *Interim D. T. O. T. M.* SIT LAUS ET GLORIA!

Salvum conductum doctè proponis, Amice,
Te Themis alma, precor, *conducat* in abdita Juris!
Et *Salvus* redeas patriam, virtute decorâ
Ornatus, quam pôst quoque præmia digna sequentur.

Eximio Dn. Crusio, *mentem benevolam exhibet*
GEORGIUS ADAMUS Struve/ D.

Quem sibi *Diva Themis conduxit* foenore vasto:
Splendidus *Ordo Patrum*
Quem duxit: duxêre & Avi vestigia docti
Quem *Patruiq;* simul.
Quidni *Conductum deducat* & explicet aptè
Ingeniumque probet?
Conducit sic conduci: Salvum alma reducet
Patria cum Themide!

Hisce Eximio atq; Literatissimo Dn. Respondenti
Disputationis Autori, Fautori & Amico suo
singulari, gratulari voluit
PRÆSES.

Quod voto junctum, Crusi, petis, accipe, Carmen,
Et mensæ & cordis portio cara mei.
Quòd *Salvus* præstat *Conductus Principis*, illud
In studiis Themidos sit tibi Præsidium.

Politissimo & Doctissimo Dn. Crusio, *Commensali suavissimo, amica & fausta gratulationis ergò, faciebat*
JOHANNES ZEISOLDUS, Prof. P. Honor.

F I N I S.